Bought for 15 cents, uncut, in Paris
28th Febr. 1950
and generously donated
E. Gilson

CATENA FLORIACENSIS

DE EXISTENTIA CORPORIS

SANCTI BENEDICTI

IN GALLIIS

ÉVREUX, IMPRIMERIE DE CHARLES HÉRISSEY.

CATENA FLORIACENSIS

DE EXISTENTIA CORPORIS

SANCTI BENEDICTI

IN GALLIIS

CONNEXA

A Doct. BRETTES et Prof. CUISSARD.

« Veritas consuetudini præponenda est : sed cùm consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmiùs retineri. »

S. AUGUST. — *De Bapt.*; c. 5.



PARISIIS

APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM EDITOREM

Viâ vulgò dictâ des Saints-Pères, 76

1880



NOVA CAPSA SS. PATRI BENEDICTO

OCCASIONE XIV CENTENARII A MEMORIBUS GALLIS

D. D. D.

L . . del.
(Floriacensis Basilicæ designatus peculiariter instaurator.)

TRIOULLIER, perf.
(Parisiis, viâ de Grenelle-St-Germain, 30)

EVREUX, IMPRIMERIE DE CHARLES HÉRISSEY

DEO OPTIMO MAXIMO

ET SACRAE MEMORIAE

SMI MONACHORVM PATRIARCHAE

BENEDICTI

QVI XIV AB HINC SAECVLIS

ORBI ILLVXIT

MORARE, HOSPES, AC MIRARE
ET DVM PASCIS OCVLOS HOC ARTIS MIRACVLO
SVSPICE MAIVS GRATIAE MIRACVLVM

HAC ANGVSTA CAPSA AVGVSTVM BENEDICTI CORPVS INCLVDITVR
QVI OMNIVM IVSTORVM ELOGIA SVA FECIT, DVM OMNIVM SPIRITV PLENVS FVIT
PVER MVNDVM, CARNEM DAEMONEMQVE TRIVMPHAVIT
NOVVM HODIÈ DE TARTARO TRIVMPHVM AGIT DVX INVICTISSIMVS
CAPTAM DEI ARCAM SVPERIVS SAECVLVM LVXIT,
RESTITVTAM PRAESENS GRATVLATVR
INSTAVRAVIT PIETAS, QVOD IMPIETAS DESTRVXERAT
REPARAVIT FIDELIVM LIBERALITAS QVOD SATANAE SYNAGOGA SVBVERTERAT
QVAERIS FORTÈ, CVR GALLIAE ITALIAM, FLORIACO CASSINVM POSTHABVERIT?
SANCTISSIMO CORPORI INNVMERIS PRO CHRISTO LABORIBVS CONFECTO QVIES DEBEBATVR
VBINAM MOLLIOR QVAM INTER FLORES?
VBI SVAVIOR, QVAM INTER LILIA?
VBI GLORIOSIOR, QVAM IN VALLE AVREA,
QVAM DEVS A MONTIBVS AETERNIS ILLVMINAT?
AD SACRVM HVNC TVMVLVM CHRISTIANISSIMI REGES
GLORIAM SVAM ATTVLERVNT,
VT MAIOREM AB EO REFERRENT
PATRIARCHAE PEDIBVS PVRPVRAM SVBMISERVNT,
VT ESSET ILLVSTRIOR,
REGES HANC DOMVM MVNERIBVS AVXERVNT,
VT IPSI EX EA CRESCERENT
TV QVANTO HONORE TVMVLVS ISTE DIGNVS SIT,
EXEMPLO DISCE REGIO
LVCERNA HAEC IN OBSCVRIORE LOCO ANTE RECONDITA
NEC ARDOREM, NEC LVCEM AMISERAT:
VT CLARIVS TAMEN OMNIBVS, QVI IN DOMO DEI SVNT, PRAELVCERET,
EAM SVPRA CANDELABRVM POSVERE
DEVOTISSIMI PATRIARCHAE FILII.

AB HAC LVCERNA, TV, O VIATOR,
LVMEN ET ARDOREM MVTVATVS,
VALE, ET COELO VIVE

PROŒMIUM

PAX


Quàm maximè juvat illud verbum, a sancto Benedicto filiisque ejus de ore Christi resurgentis acceptum, huic nostræ Catenæ Floriacensi præponere, ut exordio isto pateat omnibus et constet ardentissimum nostrum de divinâ pace studium. Plures etenim causæ versantur cur in hoc opusculo rixas et lites commovere nolimus, ancipitia nempè rerum discrimina, res insuper ea ipsa de quâ agitur et ratio propter quam hæc suprà dicta testimonia colligere aggressi sumus et in lucem edere.

Is quidem annus in quo degimus multa per orbem terrarum universum festa celebravit in honorem Inclyti ac Gloriosi monachorum occidentalium Patriarchæ : America lætis exultavit clamoribus antè alias regiones prima, quam secuta est æquali studio Italia : hujus solemnitatibus piæ etiam nunc aures resonant atque magnopere lætantur. Præterea Italorum haud impares Germaniæ monachi hujus anni jubilæi memoriam dulcem immortalitati commendare studentes, cujusdam ephemeridis novæ decreverunt institutionem, quæ Patriarchæ venerabilis laudes eximias in perpetuum recineret. Nonne, tot inter omnium plausus et gaudia, cuique viro christiano in promptu venit quàm indecens quàmque insolitum evadat Galliæ nostræ silentium, quùm præsertim ab antiquitate temporum Ordine Benedictino superbiat, Benedictique sancti glorietur possessione ?

Ne quis igitur huic nostræ patriæ vitio vertere audeat hanc oblivionem, nobis venit in mentem illam de quâ inscribitur præsens opusculum Ca-

tenam conficere, non quidem manicis, sed solis floribus contextam : Faxit Deus auctor pacis ut cor nullius turbetur et quocumque progredi libuerit noster ille liber pacem præ se ferat et concordiam, easque permanentes efficiat et relinquat !

Testimonia quidem ferè innumera edidimus quibus ossium sancti Benedicti possessio apud Gallos fulcitur; non eâ verò mente ut ab omnibus credatur Floriacenses integrum ejusdem sancti Benedicti possidere corpus, et Cassinensibus nihil ex illo adhuc superesse reliquum. Esset quidem hæc assertio tùm injuriosa, quùm etiam falsissima : Cassinenses nempè primò tumulum venerabilem pretiososque cineres amisêre numquam, ac insuper pars ossium aliqua ibidem hodiè certissimè quiescit ac recolitur. Nec alia proinde esse potest summa postulatorum, nisi illa, nempè utrùm majorem habeant hi an illi quantitatem, quod est res pluris minorisve momenti, ut doctissimi Baronii verbis utamur, parvi vel nullius ponderis, quia est apud omnes ac-



ceptissimum quemdam existere possessorem corporis sancti cujus partem aliquam possidet, quùm parti tanta virtus quanta corpori integro permaneat.

Verumtamen, etsi pacem veram semper veritati pacificæ inhærere sit compertum, veritatem paci noluerimus postponere; idcircò agitur in hoc opusculo de præsentiâ et existentiâ corporis sancti Benedicti in ecclesiâ Floriacensi : sed ne quis de sincerâ mente nostrâ dubitet iterùm enixèque rogamus et deprecamur. Animus enim non est, post tot disputationes hinc indè decimo et septimo sæculo exagitatas, ut inquiebat Mabillon caritatis præconia recinens, novum instaurare certamen, sed, simplici modo pacatoque, de quodam facto historico testes veraces audire, quibus cur affirment negentve nulla causa inest, quùm non sint Galli et genere oriundi extero. Quod autem dictum sit absque læsione fraternæ caritatis ergà Cassinenses quos impensiùs et nos, quamvis non monachi, maximo amplectimur amore et obsequio; et si quem verbo

lædimus in aliquo, hoc obelisco incunctanter volumus confossum [1].

Et nunc unicuique innotescat quo modo qualive ratione se habeat summa rerum in hâc nostrâ Catenâ tractandarum.

In primis volumus ab æquo lectore accuratissimè notatum, in operis totius decursu prætermissa fuisse omninò, quantacumque sint, Floriacensium auctorum testimonia; ne pro aris et focis pugnantes, quidquam suspicionis in mentem lectoris ingerant; alios verò tantum scriptores quorum nequaquam interest Floriacine an in monte Cassino corpus sancti Benedicti quieverit, quorumque, aliquorum saltem respectu, ejusdem apud Cassinenses præsentiæ demonstratio maximi referre videatur, adducemus in medium, et affatim libenterque consulemus.

Varios variarum gentium testes invocabimus ordinumque diversorum : summi scilicet Pontifices, reges, principes, ecclesiæ, congregationes,

[1] Acta Sanctor. O. S. B., tom. II, p. 324.

exteri auctores et tandem innumera penè martyrologia, seorsim veritatem exponent atque ità evolvent, ut fiant eorum singulorum testimonia quasi Catena cujus omnes annuli, licet varii, in unum coalescant.

Nunc sistere est : utinàm, in hoc anno jubilæo, sit obsequii monumentum. Sit etiam alterum memoriæ testimonium, oblata sub nomine Galliarum sancto Patri Benedicto Capsa pretiosissima egregiâque arte cœlata quam, mutatis ratione quidem verbis paucissimis, celebramus eâdem laude quæ olim alteram pariter insignem stilo elegantissimo adornavit Ordinis S. Benedicti vir inclytus, Hugo Vaillant. Unum in his duobus à nobis expetitum est, nempè congregare splendidam testium cohortem qui eumdem sanctum in hâc capsâ præsentem pronuntiantes unanimi consensu, circa ipsam, radiorum instar sole diffusorum, affulgere videantur et Vallem Auream Floriacensem illustrare, ut eorum voces singulas à longè audiens populus ille cæcus qui secùs viam assidet men-

dicans, quærat lumen accipiatque, et posteà laudibus immensis mirabilem in sanctis suis Deum exultet atque magnificet cultu sempiterno.

INDEX

CATENA FLORIACENSIS

DE EXISTENTIA CORPORIS

SANCTI BENEDICTI

IN GALLIIS

PROŒMIUM

TITULUS I. ANTIQUISSIMA TESTIMONIA

CAP. I. CORPUS SANCTI BENEDICTI VERÈ TRANSLATUM

CAP. II. PAULI DIACONI, CASSINENSIS MONACHI, TEXTUS NONNULLIS ALIIS EXPLICATUS

**

TITULUS III. SUMMORUM PONTIFICUM TESTIMONIA

TITULUS IV. ECCLESIARUM TESTIMONIA

TITULUS V. IMPERATORUM, REGUM ET PROCERUM TESTIMONIA

TITULUS VI. ANGLORUM TESTIMONIA

TITULUS VII. GERMANORUM TESTIMONIA

TITULUS VIII. ITALORUM TESTIMONIA

TITULUS IX. GALLORUM TESTIMONIA

TITULUS X. MARTYROLOGIORUM TESTIMONIA

TITULUS XI. SACRÆ CONGREGATIONIS RITUUM TESTIMONIA

TITULUS XII. CONFIRMANTIA TESTIMONIA

ERRATA

—

Pag. 11, lin. 5, *dele* : § I.
— 13 — 1, *lege* : § I.
— 16 — 9 — : la orden *pro* lo orden.
— 18 — *ult.* — : hic *pro* huc.
— 27 — 4 — : nonnullis *pro* nonnulis.
— 35 — *ult.* — : a quo *pro* cui.
— 49 — 8, 9 et 10, *lege* : Junio, Julio, Septembre.
— 88 — 11, *lege* : quid *pro* quis.
— 95 — 2 — : Cluniacensis *pro* Cluinacensis.
— 96 — 2 — : Cistersiensis *pro* Cisteriensis.
— 101 — *ult.* *Adde notam* : Hæc charta donationis autograph. reperitur in Biblioth. Bernensi n. 141, 306. Cf. — Catalog. Codicum Bernensium Herm. Hagen. Bernæ 1875, p. 141.
— 124 — 6, *lege* : meminisse *pro* meninisse.

TITULUS I

ANTIQUISSIMA TESTIMONIA

CAPUT I

CORPUS SANCTI BENEDICTI VERÈ TRANSLATUM

---

§ I

EX CODICE S. EMMERAMMI

BREVIS NARRATIO
DE TRANSLATIONE CORPORIS S. P. BENEDICTI IN GALLIAM

(Sœc. VII labente, sec. Mabillon.)

« In Christi nomine. Fuit in Franciâ per pii Pa-
« tris prudentiam presbyter doctus. Hic erat iter
« facturus ad Italiam, volens investigare ubi se-
« pulta jacerent ossa inculta ab hominibus sancti
« Benedicti Patris. Tandem pervenit in desertum,
« quod distat à Româ LXX aut LXXX millibus :
« ubi olim constructâ cellâ, concordia caritatis
« inhabitantium firma fuit Beati Benedicti. Et ta-
« men adhùc presbyter cum sociis suis sollicitus
« erat de incertitudine locorum qui, dùm nec ves-

« tigium invenire poterat aut cimiterium corpo-
« rum, tandem à subulco mercede conducto in-
« tellexit et perfectè invenit locum monasterii.
« Sepulchrum tamen omninò agnoscere non potuit,
« donec cum suis sociis consecravit jejunium per
« biduum ac triduum. Et posteà coquo eorum per
« somnium revelatum est : et res ipsa illis inno-
« tuit. Ipse verò manè demonstrans qui in ho-
« nore ultimo esse videtur, ut tunc appareret quod
« Paulus ait : *Despecta mundi elegit Deus*, et alta
« ab hominibus despicit ; et sicut ipse Dominus præ-
« dixit : *Quicumque voluerit inter vos major esse,*
« *erit vester minister ;* et iterùm : *Qui voluerit inter*
« *vos primus esse, erit vester servus ;* et tunc dili-
« gentiùs perscrutantes loca, invenerunt lapidem
« marmoreum perforandum. Destructo verò lapide,
« invenerunt ossa sancti Benedicti Abbatis et in
« eodem monumento ossa Beatæ Scholasticæ soro-
« ris ejus subterjacere, marmore tamen interposito :
« quia, ut credimus, omnipotens et misericors Deus
« maluit eos in sepulturâ conjungere, quos ante
« per amorem germanitatis et caritatis Christi so-
« ciavit.

« Congregatis verò ossibus et lavatis, posuerunt
« super sindonem mundissimum, seorsùm tamen

« utriusque, ut secum portarent ad regionem, Ro-
« manis ignorantibus; quia, si agnovissent, utique
« non sinerent, absque conflicto aut bello, à se
« perduci tàm sanctas reliquias, quas Deus decla-
« ravit, ut homines intelligere potuissent tantam
« mercedem religionis et sanctitatis eorum, quod
« in miraculo apparuit quod ibi effectum est. Quia
« postmodùm sindones obtegentes ossa eorum in-
« venti sunt de sanguine eorum erubere, velut de
« vivis corporibus emanasset cruor. Ut per hoc
« ostenderet Jesus-Christus, quòd secum veraciter
« viverent in futurum, quorum ossa hìc miraculis
« coruscant. Et tunc erant caballo superposita; et
« per longa itineris spatia sic leviter portavit,
« quasi nihil oneris sentiret. Quandò verò in viâ
« silvaticâ et augusticâ itinera ambularet, nec ar-
« borum offendicula, nec difficultas viarum obsta-
« culum eis vel impedimentum esset itineris; ut
« perfectè fortiores agnoscerent ob merita hoc esse
« Sancti Benedicti, atque Beatæ Scholasticæ so-
« roris ejus, ut prosperitas itineris eorum tàm se-
« cura esset, donec perducti essent in Franciam,
« ad monasterium cui Floriacus nomen est, ubi
« nunc sepulti sunt in pace, et in novissimo resur-
« recturi in gloriam, illic præstantes beneficia pe-

« tentibus Patrem per Jesum-Christum Filium Dei, « qui vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti per « omnia sæcula sæculorum. Amen.

ADNOTATIO D. JOANNIS MABILLON

« Superior narratio (quæ in Ratisponensi codice « S. Emmerammi, antè annos nongentos scripto, « Regulæ S. Benedicti præmittitur) auctorem « æqualem ejus temporis, quo translatio facta est, « habere videtur. Germanum hunc esse existimo, « non modò quòd in Germania repertus est codex, « sed etiam quòd nomina Mummoli Abbatis et « Aigulfi monachi translationis auctorum, utpotè « alienigena, ignoravit, et quòd S. Scholasticæ « corpus Floriaci remansisse opinatus est. »

(Vetera Analecta D. Joannis Mabillon, p. 212. Parisiis, 1723.)

§ II

SANCTI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI

NARRATIO ET TESTIMONIUM

(Sæc. XVe

« Per idem tempus *(anno circiter 660)*, ut narrat « Hugo Flor., Mummolus Abbas Floriacensis, di- « vinâ revelatione præmonitus, misit unum de « monachis suis, Aygulphum nomine, ad Montem « Cassinum, ut indè sibi deferret corpus Beati Bene- « dicti. Nam cœnobium quod olim ibi astruxerat « S. Benedictus à perfidis Longobardis fuerat « devastatum et in solitudinem redactum. Ibi tum « Sancti Benedicti corpus cum corpore sororis suæ « Scholasticæ uno tumulo sepultum tenebat. Con- « tigit etiam ut ex Cenomanicâ urbe quidam eo- « dem tempore ad memorandum locum proficis- « cerent pro deferendo Sanctœ Scholasticœ corpore,

« quod, postquàm ad Floriaci locum devenerunt, « beato semper adhæserunt Aigulpho, donec ad « Sancti Petri pervenerunt limina. Quò dùm per- « venissent, Beatus Aigulphus mox consortium « eorum deseruit, Montemque Cassinum solus « expetiit et ibi etiam pernoctare decrevit. Et ecce « intempestæ noctis silentio ipsum Sancti Benedicti « sepulchrum ità cœlitùs vidit illustrari ac si den- « sis lampadibus circumdaretur.

« Nocte verò transactâ, splendor ille disparuit. « Tunc expergefactus Aigulphus reverenter acces- « sit illùc et, effracto à latere sepulchro, illud exi- « nanivit et quidquid ibi reperit, in unius spor- « tulæ sinu recondidit quam ad hoc præparaverat.

« Quibus patratis, dùm ad propria remearet, « Aigulphus socios suos offendit in itinere et cum « eis ad Floriacum reversus est monasterium; sed « antequàm ad illud pertingeret, devenit ad locum « quem Novum Vicum appellant; qui locus distat « ab uno milliario à dicto monasterio.

« Ibique præfatus Abbas Mummolus, cum fre- « quenti populi turbâ, eis reverenter occurrit, et, « cum dignâ reverentiâ assumens sportulam, ex- « traxit ex ipsâ sacratissima ossa quæ ibi jacebant « confusè conclusa, secernens minora à majoribus.

« Quod quùm factum fuisset, ecce duo cadavera « defunctorum efferebantur ad sepeliendum, quo- « rum unum masculini, alterum verò sexûs erat « feminini. Placuit ergò hoc applicari illis. Mira « res ! Nam super cadaver masculi quùm ossa ma- « jora fuissent posita, per merita Beati Benedicti « continuò est mortuo reddita vita. Tunc etiam « placuit ossa minora poni super cadaver mortuæ « puellæ, quod quùm fuisset factum, revixit puella « continuò.

« Claruit ergò germanos meritis esse qui simul « allati fuerant. Aderat huic spectaculo non mi- « nima populi multitudo. Adstabant quoque cives « Cenomanici qui corpus S. Scholasticæ idcircò « meruerunt impetrare, ne duo magna luminaria « uno clauderent in loculo, quùm singulis singula « possent sufficere loca. »

(Chronicon sive Summa Historialis ab O. C. – 1457. Tit XIII, Cap. VI, § XXXII.)

CAPUT II

PAULI DIACONI CASSINENSIS MONACHI

TEXTUS

NONNULLIS ALIIS EXPLICATUS

---

§ I

PAULI DIACONI CASSINENSIS MONACHI

TESTIMONIUM

(Circiter ann. 780)

« Cùm in Cassino monte, ubi Beatissimi Bene-« dicti sacrum corpus requiescit, jam aliquot annis « elapsis, vasta solitudo existeret, venientes de « Cenomanorum vel Aurelianensium regione « Franci, dùm apud venerabile corpus se per-« noctare simulâssent, ejusque venerabilis Patris « pariterque ejus sororis venerandæ Scholasticæ « ossa auferentes, in suam patriam asportârunt : « ubi singulatìm duo monasteria in utriusque

« honore, hoc est B. Benedicti et S. Scholastiscæ,
« constructa sunt.

« Sed certum est nobis, os illud venerabile et « omni nectare suavius, et oculos semper cœlestia « contemplari solitos, cætera quoque membra, « quamvis defluxa, remansisse. Solum etenim « dominicum corpus singulariter non vidit cor- « ruptionem; cæterùm omnium sanctorum cor- « pora, in æternâ posteà gloriâ reparanda, corrup- « tioni subjecta sunt, iis exceptis quæ ob divina « miracula sine labe servantur. »

(De gestis Longobardorum. Lib. 6. Cap. II
Migne. Tom. XCV. p. 662.)

§ II

D. ANTONII YEPEZ

VALISOLETANI MONASTERII ABBATIS

SENSUS

DE MODO EXPLICANDI TEXTUM PAULI DIACONI

« Testem hunc (Paulum Diaconum) rejicere non « potes, nàm antiquiorem in hâc controversiâ « nemo unum adduxerit. Archivum in manu « habuit, evolvit, legit ; et quamvis ageretur « honor, gloria, decus sui monasterii, quid tamen « verum esset in medium profudit ; remittens « dolorem, quòd saltem os, oculi, caro reliqua in « pulveres fatiscens Cassini mansissent. Tantâ « vero auctoritate pollet Paulus Diaconus, præ-« sertim cùm res Italiæ vel sui monasterii memorat, « ut unum ipsum cæteris omnibus aliud sentien-« tibus non injuriâ anteponerem ; alii enìm testes « auriti, ipse propemodùm oculatus est. Quarè

« cùm Galli, Angli, Germani, Hispani, primæ « notæ Itali, Martyrologia, Breviaria, usus Sanctum « Patrem nostrum ex Italiâ in Galliam illatum esse « affirment, nec quisquam plures aut graviores « testes desiderare queat, congregatio Hispanica « istam S. Benedicti Translationem suis breviariis « rectè imposuit, annuâque memoriâ prosequi- « tur..... »

(*Chronicon generale ord. S. Bened. ab. R. P. Antonio de Yepes conditum hispanicè, et à P. Thomâ Weiss Neresheimensi in Sueviâ Monacho latinè versum Coloniæ.* 1650. *Tom. II, p.* 290-291.)

Textum Antonii Yepes latinè vertere ipsi noluimus, versionem istam à Germanico sumere anteponentes, cujus auctoritatem nemo, nî fallor, despiciendam existimabit. Notandum non omninò ad litteram nostrum traduxisse, sed proprium sensum, quasi confirmationis gratiâ, Hispanici judicio addidisse.

TEXTUS ORIGINALIS

« Hasta a quì son palabras de Paulo Diacono, « testigo in esta materia mayor que toda excep-

« tion : porque concurren en el todos los requisi-
« tos necesarios, para aver podido averiguar esta
« question, puesque es el mas antiguo, de quantos
« podemos citar in esta materia, y por aver estado
« a su cargo el Archivo del sagrado Monte Cassino,
« y tenia la aficion à su casa que todos tenemos
« a las de nuestra professión, y con todo esso es
« tanta la fuerça de la verdad, que el mismo con-
« fiesa de plano, que los Franceses llevaron sus
« huesos de San Benito, y para consuele suyo, y
« del sagrado monasterio de Monte-Cassino, añade
« que aun no lo llevarono todo, que la boca, y los
« ojos, y toda la carne hecha polvo se conservô en
« su sepulcro antiguo. Es de tanta autoridad Paulo
« Diacono entre todos los historiadores, especial-
« mente en cosas que cuenta de su tierra y casa,
« que quando todos los demas autores tubieran la
« opinion contraria, y el sustentàra la que hemos
« dicho, por seguirle dejàra a los demas, consi-
« derando que los otros historiadores hablavan de
« lexos, y de oydas, y Paulo Diacono de cerca, y
« casi de vista. Però juntandose agore el testimo-
« nio de los autores Franceses, de Ingalaterra, y
« de Espana, y los mas calificados de Italia, y con-
« fesando todos que estubieron sus huesos en

« Francia, y añadiendose à esto el ver, que en « tantas Iglesias se celebra esta traslacion, y està « señalada la fiesta en los Martyrologios, me ha « parecido, y parece siempre, que la congrega- « cion de San Benito de Valladolid, muy attenta- « damente y con muchas razones, ha puesto en « sus Breviarios esta festividad, y la ha mandado « celebrar en todos sus monasterios! »

(Cronica general de lo orden de San Benito, patriarca de Religiosos, por el maestro Fray Antonio de Yepes. Tom. II; centuria II; p. 258-259. *Impresa en la universitad de Nuestra Señora la Real de Yrache, de la orden de san Benito. ano* 1609.)

§ II

CARD. BARONII

SENSUS

DE MODO EXPLICANDI TEXTUM PAULI DIACONI

« Scimus antiquiorem omnium Paulum Diaconum, qui hoc (Translationis) sæculo vixit, et monachus in dicto Cassinensi diem extremum clausit, quæstionem ità dirimere, ut dicat translata ossa (S. Benedicti) fuisse, remansisse verò redactas in pulverem carnes. Sicque idem intelligit quod ait inferiùs, dùm agens de restitutione monasterii Cassinensis facta per Petronacem, corpus ipsum Sancti Benedicti illìc esse, absque dubitatione testatur ; cujus auctoritas apud me plurimùm valet. »

(Annales Eccl. ann. Christi 664. — *Antverpiæ* 1611. *Tom. VIII, p.* 494.*)*

§ III

BOLLANDI ET HENSCHENII

SENSUS

DE MODO EXPLICANDI TEXTUM PAULI DIACONI

« Non inficiamur magis nobis modo Gallorum « arridere sententiam[1]. Huic ipse Paulus Diaconus, « capitalis Gallorum hostis, ac deindè monachus « Cassinensis circà an. D CC LXXXVIII factus, ità « subscribit lib. VI. *de Gestis Longobardorum* « *cap. II* : circà hæc tempora, cum in castro Cas- « sino, etc.

. . . .

« Hactenùs Paulus, qui ejusdem libri cap. XL « illas S. Benedicti exuvias, quæ in Cassino reman- « serant non dubitat corpus B. Benedicti appel- « lare. »

(Acta sanct. — Feb. Tom. II, die X.)

[1] Agitur hùc de Translatione corporis sancti Benedicti, ut patet.

§ IV

BOLLANDISTARUM

PINII, J. STILTINGI, LIMPENI ET VELDII

SENSUS

DE MODO INTERPRETANDI TEXTUM PAULI DIACONI

« Ità rem exponit (Paulus Diaconus) cum suis
« adjunctis, ut minimè dubitandum videatur quin
« propriam edicat sententiam, non alienam. Tàm
« clarè quoque ablationem ossium (S. Benedicti)
« affirmat, ut aliter explicari nequeat. »

(Acta Sanct. Septemb. die III[a] Vita S. Aigulphi.)

§ V

CAROLI LECOINTE

SENSUS

DE MODO EXPLICANDI TEXTUM PAULI DIACONI

« Ex hujus authoris (Pauli Diaconi) sententiâ « dirimi potest tota quæstio; nàm penes Floria- « censes erunt ossa sancti Benedicti, penes Cassi- « nenses remanebunt ejusdem Patriarchæ carnes « in pulverem redactæ, nec apud hos minori quàm « apud illos venerationi debebit esse sanctus Be- « nedictus; quia, teste Gregorio Nazianzeno, « fideles piè sanctèque corpus integrum veneran- « tur, ubi tenuis tantùm pulviculus habetur alicu- « jus sancti, cùm ejusmodi pulviculus ejusdem sit « virtutis cujus et integrum corpus. »

(*Annales Franc. ann.* 660.)

§ VI

NATALIS ALEXANDRI

ORDINIS PRÆDICATORUM

SENSUS

DE MODO EXPLICANDI TEXTUM PAULI DIACONI

« Favet Floriacensibus Paulus Diaconus, capitalis Gallorum hostis ac deindè Cassinensis monachus circà annum Christi 788 factus, lib. VI, *de gestis Longobardorum* cap. II, ubi ossa sancti Patriarchæ et sanctæ sororis ejus in Gallias asportata memorat, licet ejusdem carnes in pulverem redactæ apud Cassinenses manserint quas posteà, cap. XL, non dubitat corpus S. Benedicti appellare. »

(Hist. Eccl. Parisiis, 1699. Tom. V, p. 578.)

Confer, in Titulo XII, inter alios quorum textus

referre non utile judicamus, verba clarissimi Muratorii, quæ casualiter ibidem hâc de re inveniuntur recitata.

CAPUT III

CORPUS SANCTI BENEDICTI FRUSTRA REPETITUM

SANCTI ANTONINI

ARCHIEPISCOPI FLORENTINI

NARRATIO ALTERA ET TESTIMONIUM

(Sæc. XV.)

« Tempore Pipini Regis Francorum, quùm cœ-
« nobium Cassinense fuisset restauratum et ma-
« gnificatum, monachi ipsius cœnobii Cassinensis,
« authore Carolomanno fratre Pipini præfati, qui
« in dicto monasterio Cassinensi habitum religionis
« susceperat, Romam venerunt, rogantes Zacha-
« riam papam ut litteras Pipino regi Francorum
« dirigeret, quatenùs corpus Beati Benedicti ad
« suum tumulum referrent.

« Quod ut fratribus innotuit Floriacensibus, tri-
« duanum jejunium celebrantes his verbis Bea-
« tum Benedictum orabant antè ejus sepulchrum

« Unica spes nostra post Deum, ne derelinquas
« nos orphanos, quùm hùc non nostris meritis
« sed pio multarum animarum salute venisti. »
« Crederes super pavimentum pluere præ nimiâ
« lacrymarum abundantiâ. Et quùm in his singul-
« tibus et lacrymis totum expendissent triduum,
« ecce memorati episcopi adsunt mandata regis
« implere cupientes; moxque sibi reserari fores
« ecclesiæ jubent.

« Tunc templum Sanctæ Mariæ ingressi, ante-
« quàm ad sancti Benedicti tumulum appropin-
« quâssent, in desolatione et formidine sunt con-
« versi, et tantâ cæcitate percussi ut nec se in-
« vicem cognoscere quirent. Quùm autem divinâ
« ultione cæcatos se vidissent, cœperunt erra-
« bundi per ecclesiam pergere et quùm ad restes
« campanarum impegissent, vi magnâ cœperunt
« trahere; non enim aliter poterant iis qui foris
« remanserant suum infortunium notificare. Quo
« sono excitati fratres, de jàm dictâ apostoli Pe-
« tri ecclesiâ præcesserunt expectantes triste
« spectaculum se visuros.

« Explorandi gratiâ quidam ex eis iverunt, et
« mox illos per ecclesiam errare conspicientes
« egressi sunt dicentes :

« Quia pius Pater Benedictus exaudivit nos et « suscepit lacrymas nostras, venite et videte ma- « gnalia Dei. »

« Quùmque pariter introissent, viderunt et « invenerunt eos cæcos clamantes et dicentes : « Væ nobis, quia requiem S. Patris Benedicti « temerare venimus, et ideò cæcitatem incurri- « mus. Venite, servi Dei, vos mitiùs agite nobis- « cum et nolite nobis propter præsumptionem « nostram reddere talionem ; sed orate pro nobis « Deum, ut aperiat oculos nostros nosque vobis « promittimus nunquàm talia præsumpturos. »

« Ad hæc verba solotenùs fusi orabant atten- « tiùs ut divina pietas eis lumen reddere dignare- « tur, et quùm orarent, aperti sunt oculi eorum ; « reversique ad Regem, narraverunt quæ fuerant « passi, addentes quod non deberet Gallia tàm « sanctis ossibus spoliari. [1] »

(Chronicon sive summa Historialis, ab O. C. — 1457. *Tit. XIII, Cap. VI, § XXXII.)*

[1] Ad complendam verò sancti Archipræsulis narrationem, addamus à Medone Abbate (749) legatis Cassinensibus aliquam partem sacrarum reliquiarum dono traditam fuisse, ex quibus fragmentum, decem annis vix elapsis (758), Abbas Cassinensis à rege Longobardorum rogatus, novo Sancti Salvatoris cœnobio in civitate Brixiana fundato benevolè concessit.

CAPUT IV

SANCTI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTUM NONNULIS ALIIS CONFIRMATUM

SANCTI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTUM

EPISTOLA XII AD EPISCOPOS FRANCORUM

De concordiâ et pace inter Pippinum et Griphonem conciliandâ et de corpore S. Benedicti Cassinatibus restituendo.

« Zacharias episcopus, servus servorum Dei « omnibus sacerdotibus et presbyteris Francorum.

« Egregius Apostolus docet : *diligentibus Deum* « *omnia cooperantur in bonum*, et iterùm idem « ipse : *dùm tempus habemus, operemur bonum* « *ad omnes*. In alio autem loco Scriptura testatur : « *quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evan-*

« *gelizantium bona!* Ergò quia innotuerunt nobis
« Optatus religiosus Abbas presbyter monasterii
« S. Benedicti, et Carolomannus Deo amabilis mo-
« nachus germanus filii nostri Pippini excellentis-
« simi Majoris Domûs, per hos religiosos Dei servos
« monachos, concordiæ et pacis sermones inter
« eum et Griphonem fratrem ejus misisse, ut et
« nos in ea ipsa admonendo dirigamus excellen-
« tiam ejus, ut ad pacis concordiam redeant, vo-
« bis propter Deum pacificè mediantibus : verùm
« etiam et pro corpore B. Benedicti, quod furtivè
« ablatum est à suo sepulchro, ut restituatur. In
« hoc opere æquitatis et misericordiæ libenter
« aurem accommodantes, hortamur dilectionem ac
« sanctitatem vestram, ut primum omnium frater
« cum suo fratre ad pacis redeant unitatem, et
« confundatur iniquitas in medio eorum. Charitas
« verò Dei vobis prædicantibus et ministrantibus
« exsuperet inter eos. Deindè et præfati B. Be-
« nedicti corpus, juxtà petitionem Dei servorum
« monachorum, illius sublimitas, et vestra sanc-
« titas indubiè ad proprium remittat locum, ut et
« ipsi gaudeant de suo restituto Patre, vosque
« perennem habeatis mercedem et laudem, pro
« eo quòd justè operati fueritis ipsum ad suum

« reverti tumulum, ex quo clàm tultus est. Nec « enim habet sanctitas vestra quid offensionis in « hoc bono opere restitutionis ejus pertimescere « debeat coràm Deo, dùm creditur quia ad obti- « nendum hoc opus, ipsius suffragantibus oratio- « nibus et voluntate, præfati religiosi Dei servi « sunt permoti. Benè valete.[1] »

(*Concil. antiq. Gall. Sirmund; T. I. p.* 575; *ex schedis Pithæanis.*— *Annal. Eccl. Franc. Coint. T. V. p.* 228 *et* 499. — *Acta S. Bened. sæcul. II. p.* 373. — *Du Bouchet, origine de la maison de France; p.* 90; — *Concil. Labb. T. VI. col.* 1529. — *Recueil des Hist de Fr. Tom. III. p.* 673.)

[1] Nec obsunt B. Zachariæ verba, à nobis libenter admissa et in celeberrimo diplomate prolata, quod incipit : *Omnipotenti Deo* et ad Cassinenses directa, scilicet : « Qualiter autem ejusdem patris pi- « gnora sororisque ejus sint posita perspicientes, ac intemerata « invenientes, pro reverentiâ tanti Patris tangere minimè ausi su- « mus. » Pignora enim dicuntur non solùm ossa, verùm etiam tumulus, cineres et aliæ quæcumque reliquiæ sanctorum. (Ducange. — Pignus. — Gloss. lat. ms. Reg. Cod. 1013. Pignora, res positas vel *sanctorum cineres.*)

§ I

AUCTORIS VITÆ SANCTI REMIGII ROTHOMAGENSIS

ASSERTUM

DE BEATI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTO

(Sæc. X.)

« Pippinus mandavit Remigio fratri suo Rotho-
« magensi Archiepiscopo, ut Floriacum pergeret,
« ut corpus sanctissimi Benedicti, etiam nolenti-
« bus monachis, legatis papæ redderet. Qui ad
« locum veniens, patri ejusdem cœnobii, qui
« Medo dicebatur, regis edictum retulit, et cum
« eo et his qui secum venerant, ecclesiam intra-
« vit; cùmque beati viri tumulo, appropinqua-
« rent, repentinâ cæcitate mulctantur et nimio
« terrore concussi pariter humi prosternuntur.
« Tunc Beatus Remigius, tàm pro se quàm pro

« suis commilitonibus, Domini clementiam ex-
« oravit, promittens fideliter quod nunquàm sancti
« viri corpus indè ampliùs transferret. »

(Thesaurus novus Anecdotorum studio et operâ D. Edmundi Martène et D. Ursini Durand. — Tom. III. p. 1670. — Lutetiæ Parisiorum. 1727.)

§ II

JOANNIS YPERII

ASSERTUM

DE BEATI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTO

(Circ. ann. 1187.)

« Franci Pipinum sibi regem statuerunt, qui « de mandato Zachariæ papæ coronatus fuit per « sanctum Bonifacium Moguntinæ civitatis archie- « piscopum. Ab hoc papâ monachi Cassinenses « cum Carolomanno monacho suo, fratre Pupini « Regis, litteras ad eumdem regem impetraverunt, « ut Floriacenses monachi corpus Beati Benedicti « quod abstulerant Ecclesiæ Cassinensi restituant. « Quod cùm rex præcepisset Floriacensibus, mo- « nachis flentibus, jejunantibus et orantibus, « nuntii Cassinenses percussi sunt cæcitate ; quo « cognito, Beati Benedicti corpus remansit ibi- « dem. Sedit Zacharias annis decem, mensibus « duobus, diebus XV, et cessavit diebus XII.

(Chronicon Sithiense S. Bertini, Cap. VI. p. 486. — Lutetiæ Parisiorum. 1727 — Ex thesauro novo Anecdotorum. Tom. III.)

§ III

RICOBALDI FERRARIENSIS

ASSERTUM

DE BEATI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTO

(Circ. ann. 1290.)

« Zacharias natione Græcus sedit anno X.....
« Ad hunc papam monachi montis Cassini, adjuncto sibi fratre Karrulomagno, Romam venerunt, rogantes papam, quatenùs Pipino Regi Francorum litteras dirigeret, ut corpus Beati Benedicti, quod Floriacenses monachi furtim habuerant, loco Cassinensi restituerent. Rex Pipinus mandavit monachis Florianæ ut illud restituerent jejunantibus et flentibus. Nuncii verò, qui corpus auferre debebant, sunt cæcitate percussi, et, hoc cognito, ibidem remansit. Zacharias papa moritur omni virtute ornatus.

(Eccard. Tom. I. p. 1203. ad ann. DCCXLII. Corpus Historicum medii ævi, Lipsiæ, 1723.)

3

§ IV

PLATINÆ
ASSERTUM
DE BEATI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTO

(*Circ. an.* 1460.)

« Ferunt Carolum, quem diximus monachi habitum sumpsisse, ex monte Cassino cum aliis monachis ad Zachariam Pontificem venisse ; ab eoque precibus obtinuisse, ut eis liceret repetere Sancti Benedicti corpus furtìm ablatum, quod tùm in Floriacensi monasterio regni Franciæ collocatum fuerat.

« Annuit istorum precibus Pontifex, et litteris Pipinum adhortatur ut patiatur monachos S. Benedicti corpus repetere. Quod quidem rex haud gravatè concessit, quia indè furtìm ablatum à monachis quibusdam senserat[1].

(De vitis Pontificum Romanorum p. 105. coloniæ. 1626.)

[1] Cfr. cum Ciaconio, teste sequente, qui duobus abhìnc sæculis ferè eisdem usus est verbis.

§ V

ALPHONSI CIACONII ORDINIS PRÆDICATORUM
ASSERTUM
DE BEATI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTO

(ann. 1676.)

« Carolomannus monachus Cassinas Pipini Regis « frater cum aliis monachis ad Zachariam Pontifi- « cem venit, ab eoque precibus obtinuit, ut eis « liceret repetere Sancti Benedicti corpus, furtìm « ablatum, quod tùm in Floriacensi monasterio « Regni Franciæ collocatum fuerat. Annuit illo- « rum precibus pontifex, et litteris Pipinum ad- « hortatus est ut pateretur monachos sancti Be- « nedicti corpus repetere, quod quidem rex haud « gravatè concessit, quia indè furtìm ablatum à « monachis quibusdam inaudierat [1]......

(Vitæ et Res gestæ Pontificum Romanorum. Romæ, 1677. ad ann. 741.)

[1] Illum auctorem, sequentibus verbis, corpus in Italiâ relatum asserere parvi refert, cui tantùm de B. Zachariæ Papæ documento testimonium petimus.

§ VI

ANDREÆ RATISBONENSIS
ASSERTUM
DE BEATI ZACHARIÆ PAPÆ DOCUMENTO

LXXXXI. Zacharias sedit annis XIX . . . . .

« Ad hunc Papam, scilicet Zachariam, monachi « cœnobii Cassinensis, adjuncto sibi Carolomanno « qui fuit frater Pipini Regis Francorum, Romam « venerunt, rogantes eum ut litteras Regi Fran- « corum Pipino dirigeret, quibus corpus beati « Benedicti, quod Floriacenses monachi furtim « habuerant, ad locum Cassinensem restituerent. « Quod cùm Rex Pipinus mandasset monachis « Floriacensibus jejunantibus et flentibus, nuncii « qui corpus afferre debuerant percussi sunt « cæcitate; et hoc cognito, corpus ibidem re- « mansit. Quoniam hic incidit historia Pipini. . . »

(Eccard. Tom. I. P. 2030.)

Confer aliud docti Muratorii assertum fortuitò indicatum in notâ Testimonium Summorum Pontificum præcedente.

TITULUS II

SANCTORUM TESTIMONIA

§ I

VENERABILIS BEDÆ

TESTIMONIUM

(IN SUO MARTYROLOGIO)

(Circ. ann. 700.)

v. Idus Julii.

DEPOSITIO S. BENEDICTI ABBATIS [1]

[1] « OBSERVATIO D. MABILLONII. — Venerabilis Beda, homo Anglus· « . . . (In suo martyrologio, quod recens Henschenius et Papebrochius tom. 2. Martii Bollandiani vulgârunt, diligentissimâ cum « octo codicibus mss collatione factâ), duobus in locis breviter pro « suo more S. Benedicti meminit, nimirùm 12 calend. Aprilis « et 5 Idus Julias, quos dies uni Benedicto consecravit. Sic posteriori loco scribit : *Quinto Idus*, *Depositio S. Benedicti Abbatis*. Quis sit dies *Depositionis* apud ecclesiasticos scriptores, « nôrunt vel leviter periti. Nempè dies est, quo sancti alicujus « corpus vel in primarium tumulum, vel post translationem aliquam alium in locum reconditur. Bedam explicat Florus, ecclesiæ « Lugdunensis Subdiaconus, Carolo Calvo æqualis in Additionibus ad martyrologium Bedæ his verbis : Translatio corporis, « quo die è prædictis partibus Romæ Floriaco est perductus. — « Et in minutioribus additamentis ad ipsum Florum : In pagum « Aurelianensem Invectio corporis S. Benedicti Abbatis et Depositio « ejusdem. »

(Mabillon. Acta sanctorum ord. S. Bened. Tom. II).

§ II

BEATI RHABANI MAURI TESTIMONIUM

(IN SUO MARTYROLOGIO) [1]

(*Circ. ann.* 850.)

v. Idus Julii.

DEPOSITIO BENEDICTI ABBATIS

II. Nonarum Decembris.

MONASTERIO FLORIACO A PARTIBUS ROMÆ ADVENTUS CORPORIS SANCTI BENEDICTI ABBATIS [2]

[1] Ex codice ms celeberrimi monasterii S. Galli hoc martyrologium B. Canisius edidit in suo Thesauro Monumentorum Ecclesiasticorum (Tom. II, p. 151. Antverpiæ, 1725), et de eo ista verba protulit : « Hoc martyrologium est Rhabani genuinus fœtus. »

[2] Parvi refert aliquos trium festivitatum apud Floriacum quotannis celebratarum ordinem immutasse, dummodò suam de præsentiâ sancti corporis in Galliâ sententiam edant.

§ III

SANCTI ADONIS VIENNENSIS ARCHIEPISCOPI TESTIMONIUM

(*Ann.* 870.)

v. Idus Julii.

« . . . Translatio S. Benedicti Abbatis. Post- « quam enim (sicut ipse vivens prædixerat) mo- « nasterium à gentibus est vastatum, Domino « revelante, repertum est corpus ejus et in Gal- « lias translatum, atque in territorio Aurelianensi « monasterio quod vocatur Floriacum condignè « sepultum.

« Translatum est pariter etiam corpus B. Scho- « lasticæ virginis sororis ejus, atque in partibus « Cenomanensium religiosorum devotione con- « ditum, cujus animam idem vir Dei è corpore « egressam vidit in columbæ specie cœli secreta « penetrare. . . »

(Martyrologium Romanum Cæsaris Baronii. Cui accedit vetus Romanum Martyrologium, unà cum Martyrologio Adonis ad mss exemplaria recensito, opera et studio Rosweydi, è Soc. Jesu. Antverpiæ, 1613, p. 115).

§ IV

BEATI NOTKERI
TESTIMONIUM
IN SUO MARTYROLOGIO

(*An.* 894.)

v. Idus Julii.

« Translatio sancti Benedicti Abbatis à Castro « Cassino sive Cassiani in Gallias vel Aquitaniam. « Postquàm enìm, sicut ipse vivens prædixerat, « monasterium ejus à gentibus est vastatum, . . . « Corpus ipsius à religiosis quibusdam, domino « revelante, repertum et in Gallias translatum, « atque in territorio Aurelianensi, monasterio « quod vocatur Floriacum, dignè sepultum, et « multò digniùs frequentatione devotorum est « jugiter honoratum.

« Translata sunt etiam pariter ossa B. Scho-
« lasticæ virginis sororis ejus, atque in partibus
« Cænomanensium religiosorum devotione con-
« ditum. . . »

(Thesaurus Monumentorum Ecclesiasticorum. Tom. II. Martyrologium à Beato Canisio primùm ex bibliothecâ, S. Galli. Edito, p. 333, 349. Antverpiæ 1725).

§ V

SANCTI ODONIS CLUNIACENSIS ABBATIS
TESTIMONIUM
IN SERMONE DE S. BENEDICTO ABBATE

(*Ann.* 940.)

« . . . Nec illud prætereat, quod omnimodis « gaudendum est nobis, hunc tantum splendorem « (S. Benedictum) in hanc nostram occiduam re- « gionem venire, divino nutu donatum esse. Nec « abs re credimus contigisse quòd clientem unicè « dilectum Beatum videlicet Maurum has in partes « adhùc vivens direxerit, et demum se transferri « voluerit. Fortè enim, cùm sancta mens ejus adeò « dilatata esset ut omnem mundum simul conspi- « ceret, hunc locum (nempè Floriacum) sibi quo- « dam occulto consilio specialiter delegavit : Vi- « derit ergò quisquis est cui locus tàm multis « usquequàque tantùm desiderabilis non negatur,

« quanti habendus sit quantaque reverentia exco-
« lendus.

« . . . O quanti sunt etiam in remotissimis « trans maria regionibus qui tantoperè gauderent, « si eis vel semel ad ejus sacrum tumulum acce- « dendi possibilitas esset ! [1] »

(Acta Sanct. ord. S. B ; T. II, p. 349-352 Venetiis, 1733.)

[1] Joannes, natione Italus, patriâ Romanus, auctor vitæ S. Odonis, quoddam ejus miraculum narrat, ac deinceps addit : « Hoc mira- « culum Pater noster (S. Odo) in libro quem de adventû corporis « S. Benedicti in Aurelianensi, eodem sensu sed non eisdem ver- « bis, cum ceteris perspicacissimè edidit.

— « Excidit liber iste S. Odonis, ait dolens Joannes Mabillon. « Quem librum utinàm quis, si alicubi est, proferat in lucem ! » Quanti sit S. Odonis testimonium indè liquet.

§ VI

SANCTI ODONIS CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI[1] TESTIMONIUM

(AUCTORE ANGLO REFERENTE)

(*Ann.* 950.)

« . . . Quæ causa B. Odonem compulit ut Flo-
« riaco potiùs habitum sibi adferri quàm ex aliquo
« Angliæ monasterio deposceretur? Non sanè reli-
« gioso loco, disciplinâ. . . sed ex reverentiâ ergà
« S. Benedicti corpus quod Floriaci requiescere
« sciebat. . .

« Jàm Floriacensis cœnobii monachos cur advoca-
« verit satis insinuat, ex addito S. Benedicti voca-
« bulo, ob reverentiam scilicet corporis sancti Bene-
« dicti ibidem quiescentis. . . »

(Disceptatio historica de antiquitate Benedictinorum in Angliâ operâ R. P. Cl. Reyneri. P. 112-113. Duaci. 1626.)

[1] Cfr Tit. VI. § 6.

§ VII

SANCTI ADALBERTI PRAGENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS

QUI IN MONTE CASSINO ALIQUANDIU VIXIT [1]

TESTIMONIUM

FACTO ELICITUM. (Ann. 990.)

Ex ejusdem vitâ scriptâ ab auctore monacho anonymo et contemporaneo Romæ in Alexiano monasterio degente.

« . . . Hâc ipsâ tempestate, adiit Turoniam « (S. Adalbertus) quærens auxilio sanctum senem « Martinum. Nec præteriit Floriacum, qui beatis- « simum corpus confessoris nostri et Patris Bene- « dicti suo gremio collocare meruit, ubi etiam « quis ille sit, cœcorum visus, claudorum gressus, « surdorum auditus et cœlestium miraculorum « multa millia protestantur. Horum duorum caris- « simorum Patrum sacris confabulationibus pas- « tus læto animo regreditur ad imperiale domici- « lium. »

(Monum. Germ. Pertz. Tom. IV, p. 592.)

[1] Cfr. Chronica sacri monasterii Cassinensis; auctore Leone Cardinali Episcopo Ostiensi. Liber II, Cap. XVII. De adventu sancti Adalberti ad hoc monasterium. — Lutetiæ Parisiorum 1668, p. 229.

§ VIII

SANCTI BRUNONIS, ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS[1]
TESTIMONIUM
(IN VITA S. ADALBERTI, MARTYRIS)
(*Sæc. X*)

« Igitur cum puero imperatore Alpium nubila « tranans (S. Adalbertus) causâ orationis Turoniam « petit pedes. . . Parisium quoque pedester venit, « ubi et sanctus et pretiosissimus martyr aryopa- « gita Dyonisius, fuso sanguine, corpore requies- « cit. . .

« Huic caput inclinans, ad Floriacum monacho- « rum ingens cœnobium, avido cursu volat, ubi « corpore jacet et miraculis fulget magister mundo « morientium et totâ mente cœlestia quærentium « scilicet re et nomine Benedictus, parvulorum « ubique Dulcissima Nutrix. . . »

(Ex Vitâ S. Adalberti, auctore S. Brunone Archiepiscopo et martyre. V. Pertz. monument. Germ. Tom IV. p. 605.*)*

[1] S. Bruno, qui professus est monachum sub nomine Bonifacii et in cœnobio quodam apud S. Alexium paucos annos exegit, ac tandem (1001) sanctum Romualdum Abbatem Cassinum secutus est, Italorum traditionem optimè cognovit. (Monum. Pertz. Tom. IV. p 577-9.)

§ IX

BEATI LANFRANCI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI TESTIMONIUM

(*Ann.* 1050.)

« Festivitates præcipuæ secundæ classis (in « Angliâ) sunt autem hæ :

« Festum Apostolorum S. Petri et S. Pauli « (mense Junii).

« Translatio S. Benedicti (mense Julii).

« Nativitas Beatæ Mariæ (mense septembris). »

(*Beati Lanfranci Cantuariensis opera p.* 272. *Paris* 1648.)

§ X

BEATI ODERISII, CARDINALIS ET ABBATIS CASSINENSIS

TESTIMONIUM

EPISTOLA AD GULIELMUM ABBATEM AD CONGREGATIONEM FLORIACENSEM

(*Ann.* 1204.)

« . . . Siquidem certa et digna ratio est, ut « nostræ et vestræ fraternitatis conventus alterutrum sese præ ceteris diligant, qui pari gaudio « habere se incomparabilem thesaurum reliquiarum Patris Benedicti exultant. Licet à nobis haberi multis miraculis et prodigiis ac revelationibus, et quorumdam etiam nostrum oculis sit « veritas comprobata; verùm sive illud habere « vos quælibet occasio fecerit, sive quid illius « habere gratulanter speratis, singularis invicem « nobis et præcipui sumus debitores amoris. »

(Bibl. Flor.)

§ XI

PETRI VENERABILIS ABBATIS CLUNIACENSIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1130.)

« Claris conjubila, Gallia, cantibus :
« Læteris Benedicti Patris ossibus :
« Felix, quæ gremio condita proprio
« Servas membra celebria.

« Miris Italiæ fulserat actibus,
« Gallos irradiat corpore mortuus ;
« Signis ad tumulum crebriùs emicat,
« Illustrans patriam novam.

(*Hymn. inter Epist.; Lib. V. Epist. 25. in Breviar. Bened.*)

§ XII

SANCTI VUILLELMI BITURICENSIS ARCHIEPISCOPI TESTIMONIUM

(*Ann.* 1207.)

« Willelmus, Dei gratiâ Bituricensis Archie-
« piscopus, Aquitaniæ Primas, universis Christi
« fidelibus per Bituriæ constitutis ad quos præ-
« sentes litteræ pervenire salutem in eo qui sal-
« vat sperantes in se...

« Cùm sanctissimi Patris Benedicti corpus in
« ecclesiâ Floriacensi, sicut ex Romanorum Pon-
« tificum scriptis authenticis agnovimus, requies-
« ceret et ibidem in humili loco esset ab antiquo
« repositum, et quoniam indignum erat prope
« terram essent reliquiæ ejus reconditæ qui vivens
« terrena omnia contempserat, placuit viro Reli-
« gioso Guarino Abbati et conventui Floriacensi,
« ut ei supra majus altare, prout decebat, locu-

« lum miræ venustatis et elegantiæ præpararent.
« In quo quidem Dominus Senonensis Archiepis-
« copus, et Nos, cum pluribus Episcopis, astante
« maximâ Abbatum, cleri plebisque multitudine
« cum magnâ celebritate, in festo translationis
« dicti B. Benedicti, sanctissimum ipsius corpus,
« duximus reponendum. . . . .

(Exemplar Archetypon hujusce documenti in Floriacensi Archivo servatur.)

TITULUS III

SUMMORUM PONTIFICUM

TESTIMONIA

NOTANDUM

Duodecimo numero, ut lectoris tædio parcamus, indulgere volentes, prœtermittendas judicamus Summorum Pontificum, à S. Vitaliano usque ad Beatum Zachariam, Bullas in quibus, propter furtum corporis S. Benedicti, contrà Floriacenses monachos excommunicationes et anathemata ejaculantur. Et hoc probè quidem sentimus : nonnulli enim historici eas accipiunt; haud pauci verò inter hypercriticos ut fictitias respuunt, plerique autem interpolationis mendam in eis agnoscunt. Unam tamen pro cunctis ad rei exemplar recitare juvabit. Hæc documenta è Chronicis Cassinensibus evelluntur, et chronographum quem Joannes Mabillon Pseudo-Anastasium appellat auctorem

habuerunt. Quid sentiendum sit de illis Chronicis eorumque scriptore, clarissimus Antonius Muratori, quamvis verecundus, dicet : « In eam, in-« quit, pendeo sententiam, historiam hanc (Chro-« nicon Breve Monasterii Cassinensis) à casinate « quopiam monacho, post millesimum à Christo « nato annum, fuisse concinnatam. Verane is tra-« dat an mera figmenta dederit, de reportatis ad « Montem Casinum sanctorum Benedicti et Scho-« lasticæ ossibus, in medium relinquo. Sed sive « vera sive falsa referat, narrationem suam ornas-« se, sive infucasse videtur miraculis, bullis et « concionibus ad rei opportunitatem serò à se « compositis. » (Muratori. Rer. Ital. T. II.)

Undè hoc dilemmate, ni fallor, quisquam illidetur : Vel hæc documenta sunt vera, undè probatur corpus sancti Benedicti fuisse translatum; vel sunt falsa et indè probatur tunc temporis saltem ab Italis hoc factum admissum. Sed de Cassinensi Chronico satis.

Prætereà animadvertendum tibi volumus Beati Zachariæ Papæ iterùm verba recitari; primò ne, inter Pontifices quorum testimonia in Diplomatibus exaramus, hujus Pontificis, qui summum disputationis hâc de re habere cunctis videtur, verba

clarissima desint; ac deinceps ut regularem Pontificalium testimoniorum pro quocumque sæculo catenam lector habeat, et ità à septimo sæculo usque ad sæculum decimum sextum, à S. Vitaliano aut S. Zachariâ usque ad Clementem VIII, à Paulo Diacono usque ad cardinalem Baronium, ultrò se offerat ei testium non interrupta series.

§ I

S. VITALIANI PAPÆ

EPISTOLA

AD CLODOVÆUM, REGEM FRANCORUM

(*Circ. an.* 654 *et* 655.)

« Vitalianus, Episcopus, servus servorum Dei, « Clodovæo regi Francorum, si filius obedientiæ « fuerit, salutem et apostolicam benedictionem. « Sancti et magni Nicœni concilii præcepta secuti, « quæ jubent Regularem Epistolam per unamquamque provinciam mitti, ne hi qui abjiciun-« tur ab aliis recipiantur, serenitati vestræ no-« tum facimus, Aurelianenses et Cenomanenses ac « monasterium Floriacense cum omnibus sequaci-« bus illorum à liminibus Ecclesiæ separatos et in-« dissolubili anathematis vinculo innodatos, quo-« niam ecclesiam B. Benedicti ejusque sepulchrum « in castro Cassino situm violare conati sunt, et « sanctas reliquias post nostrum interdictum reti-

« nere conantur, contra Apostolicæ sedis statuta
« et interdictum et totius sanctæ synodi senten-
« tiam, quam missis per singulas provincias litte-
« ram notam vobis omnibus fecimus. Excommu-
« nicamus igitur pro superiùs dictis Reliquiis
« omnes jam dictos et falsum Abbatem Strumbo-
« lum et Aygulfum filium satanæ cum suis fau-
« toribus, donec sanctas reliquias ad Urbem Ro-
« mam reducant, et de perpetratâ nequitiâ secun-
« dùm statuta canonum pœnitentiam sumant, quæ
« propter vestram à Deo conservandam clemen-
« tiam obnixâ prece rogamus, et ex Dei omnipoten-
« tis, et Apostolorum Petri et Pauli et Benedicti
« parte præcipimus ut jam dictos latrones ad justi-
« tiam sedis apostolicæ faciendam constringatis.
« Sin autem et vos et illos perpetuæ maledictionis
« anathemate damnamus. Datum die Kalendarum
« novembrium.

(Muratori. Rer. Italic. Scrip. Tom. II p. 355. — *Mansi, sacr. concil. nova et ampliss. collect. — Tom. XI. p.* 22 [1] — *Migne. Patr. lat. Tom LXXXVII, col.* 1007. *S. Vitaliani; Epist. VIII. — Darras. Hist. Gén. de l'Eglise. Tom. XVI. p.* 166.*)*

[1] Inter tres Epistolas Vitaliani Papæ, quas refert Mansi, hanc solummodò reprobat, istâ innixus ratione, scilicet quòd Epistola Pontificis ad Regem Dagobertum jam anteà mortuum fuisset directa; ipse verò Mansi in ejusdem Epistolæ titulo eam Clodovæo directam facit, undè patet ejus distractio.

§ II

BEATI ZACHARIÆ PAPÆ

EPISTOLA

AD EPISCOPOS FRANCORUM

(*Circ. ann.* 750.)

« Zacharias, Episcopus, servus servorum Dei...

« Innotuerunt nobis Optatus religiosus Abbas « presbyter monasterii S. Benedicti, et Caroloman- « nus Deo amabilis monachus germanus filii nos- « tri Pippini... pro corpore B. Benedicti, quod « furtivè ablatum est à suo sepulchro, ut restitua- « tur...»

(*Mansi. Sacr. Concil. Amplissim. collect. Tom. XII. p.* 350 — *Concil. antiq. Gall. Sirmund. S. J. T. I. p.* 375.— *Annal. Eccl. Franc. Coint. T. V. p.* 228 *et* 499. — *Acta SS. Bened. sæcul. II. p.* 373. — *Du Bouchet, Origine de la maison de France. p.* 90. — *Concil. Labb. Tom. VI. col.* 1529.— *Recueil des Hist. de Fr. Tom. III. p.* 673.)

§ III

GREGORII PAPÆ IV

DIPLOMA

(*Ann.* 834.)

« Gregorius, Episcopus, servus servorum Dei, « omnibus Episcopis atque etiam Fidelibus per « Galliam constitutis.

« Quoniam ex Apostolicâ successione sollicitu- « dinem omnibus ecclesiis debemus impendere, « sic cupimus generali consulere necessitati, ut « etiam quascumque singulares causas sine fastidio « cognoscamus.

« Igitur quùm propter multiplices Ecclesiæ « Dei curas Galliam adeuntes regionem ad glorio- « sissimum devenissemus Imperatorem Ludovi- « cum, inter alia suggessit auctoritati nostræ idem « serenissimus Augustus et venerabilis partium « vestrarum Abbas, ex Cœnobio quod nominatur

« Floriacus in pago Aurelianensi, quod idem « monasterium quidam religiosus Abbas, Leode- « bodus nomine, monachis extruxerit in honorem « Dei et sanctæ Genitricis Mariæ, necnon Beati « principis Apostolorum Petri, quodque revela- « tione divinâ per monachos ejusdem loci a « Capuanâ Provinciâ corpus illuc sancti Benedicti « fuerit allatum ibique reverenter humatum, « sicut manifestissima constat historia.

« Addimus etiam ut, quia venerabilis Pater « Benedictus, Monachorum Legislator et Dominus, « dux est Religionis Monasticæ, sit etiam qui « eidem cœnobio præfuerit *Primus inter Abbates* « *Galliæ*.

« Scriptum per manus Theodori notarii et scri- « niarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense « Aprili et Indictione XII.

(*Baluze, Miscell. II, p.* 145. *Ex Schedis Clarissimi viri Jac. Sirmundi.*)

§ IV

JOANNIS PAPÆ VIII

PRIVILEGIUM

MONASTERIO FLORIACENSI CONCESSUM IN SYNODO TRICASSINA

(*Ann.* 878.)

« Joannes Episcopus, servus servorum Dei, omnibus Episcopis atque aliis Dei Fidelibus per « Galliam constitutis.

« ... Cùm propter multiplices Ecclesiæ Dei « curas[1], Gallicanam adeuntes regionem, Trecas « civitatem devenissemus, anno Incarnationis dominicæ DCCCLXXVIII, inter alia suggessit auctoritati nostræ venerabilis partium vestrarum « Abbas, nomine Theotbertus, ex cœnobio quod « vocatur Floriacus in pago Aurelianensi, quod

[1] Confer hoc privilegium cum diplomate Gregorii Papæ IV, nec te moveat ambo Pontifices iisdem ferè verbis fuisse locutos ; præ oculis enim habuit indubitanter Joannes VIII decessoris ejus diploma ei oblatum ab Abbate Floriacensi qui synodo aderat.

« idem monasterium quidam religiosus Abbas, « Leodebodus nomine, monachis extruxerit in « honore Dei et sanctæ Genitricis Mariæ necnon « Beati principis Apostolorum Petri, quod revela- « tione divinâ per monachos ejusdem loci à Bene- « ventanâ provinciâ corpus illuc sancti Benedicti « pervenerit olim allatum, ibique reverenter « humatum, sicut manifestissimâ constat veritate, « et quod, propter stabilimentum monasticæ reli- « gionis, piæ memoriæ gloriosus imperator Caro- « lus per præceptum suæ auctoritatis eidem loco « res denominatas delegaverit. . . . »

(*Concil. antiq. Gall. Sirm. Tom. III, p.* 484, *ex ms.* — *Concil. Labb. Tom. IX. Col* 318. — *Concil. Hard. Tom. VI, part. I. Col.* 202. — *Rec. des Historiens de France, Tom. X, p.* 172.)

§ V

LEONIS PAPÆ VII

DIPLOMA

AD B. ODONEM, ABBATEM FLORIACENSEM

(Ann. 938.)

« Leo, episcopus, servus servorum Dei, Odoni « Religioso Abbati venerabilis monasterii S. Be- « nedicti, qui et Floriacensis, in quo ipse requies- « cit in corpore, ac per te in eodem monasterio « venerabili, tuisque successoribus in perpetuum.

« Valdè gavisi sumus, quia prædictum cœno- « bium Beatissimi Benedicti, qui est Pater et Dux « monachorum, reflorescere ad normam monas- « ticæ religionis audimus. . . . . »

EJUSDEM LEONIS PAPÆ VII

EPISTOLA

AD GALLIÆ EPISCOPOS

« Leo Episcopus, servus servorum Dei, fra-
« tribus et filiis, videlicet Archiepiscopis atque
« eorum suffraganeis, Guidoni Ecclesiæ Lugdu-
« nensis, Tuteloni Turonensis, Gerunco Bituricen-
« sis, Gerlauno Senonensis, Artaldo Remensis
« atque successoribus eorum in perpetuum.

. . . .

« Ut ad rem veniamus ob cujus occasionem ista
« dicere cœpimus, intimatum est nobis, etiam et
« certà veràque relatione comperimus quod Filius
« noster Odo venerabilis Abbas ex monasterio
« admodum reverendo, vocabulo Floriaco, ubi
« requiescit Egregius Pater Dominus noster Bea-
« tissimus Benedictus, decus videlicet gemmaque
« monachorum, regularem conversationem tenere
« aliquatenùs cum suis fratribus inibi Deo servien-
« tibus videatur. . . . .

(Mabill. annal. Bened. Tom. III, p. 708 ex archivo Floriac. Et Acta SS. Bened. Sæc. V. p. 877, inter Sched-Stephanot ex cod. Floriac. —Rec. des Historiens de France, Tom. IX. p. 220.)

§ VI

GREGORII PAPÆ V

TESTIMONIUM

QUÆRENTIS A B. ABBONE FLORIACENSI ABBATE
HISTORIAM TRANSLATIONIS CORPORIS S. BENEDICTI
IN GALLIAM
UT PATET EX RESPONSO BEATI ABBATIS
QUOD SEQUITUR

(*Ann.* 997.)

« ... Deniquè qualiter monachorum legisla-
« toris Benedicti corpus in Galliam translatum sit,
« quæve in Cisalpinis partibus historialiter gesta
« habentur, requisistis; cui postquàm historiam
« patefeci, eam, ut jussistis, Transalpinis legen-
« dam dirigere non distuli; et hoc indiculo vobis
« satisfeci [1] ...

« Direxi etiam duo vascula manzerina. . . »

(Rec. des Historiens des Gaules. Tom. X, p. 437).

[1] Quam familiariter inter se egerint Gregorius V et sanctus Abbo Floriacencis nemo nescit.

§ VII

ALEXANDRI PAPÆ II

BULLA

(*Ann.* 1062.)

« Alexander episcopus, servus servorum Dei, « Guillelmo venerabili Abbati Floriacensis mo- « nasterii, ubi venerabile corpus B. Benedicti « requiescit, ejusque successoribus regulariter « viventibus in perpetuum.

« Si in apostolicâ sede præsidenti hæc sollici- « tudo et cura singularis incumbit. . .

« Addimus etiam ut quia venerabilis Pater « Benedictus, monachorum legislator, divinâ « gratiâ dux est monasticæ religionis, sit etiam « qui eidem monasterio præfuerit, primus inter « Abbates Galliæ, nec quis de ordine sacerdotali, « archiepiscopus scilicet aut episcopus, aut infe-

« rioris ordinis eum inquietare nec contrà volun-
« tatem ipsius ad id monesterium venire. . .
« Datum Lucæ, octavo idus novembris. »

(Exemplar Archetypon in Archivo Floriacensi servatur.)

§ VIII

EUGENII PAPÆ III[1]

DIPLOMA

(*Ann.* 1146.)

« Eugenius Episcopus, servus servorum Dei, « dilectis filiis Macario, Abbati monasterii Flo- « riacensis sancti Benedicti, quod suprà Ligerim « situm est, ejusque fratribus tàm præsentibus « quàm futuris regularem vitam professis. . .

« Propensiori nos convenit charitatis studio « imminere præsertim eorum qui religionem viden- « tur amplecti; quapropter, dilecte in domino Fili « Machari Abba, tuis justis postulationibus debita « benignitate gratum impertientes assensum, præ-

[1] « Quantùm valeant argumenta nostra patet, teste Baronio, « ex Eugenii Papæ Tertii et successorum pontificum diplomatibus « editis nuper ex Promptuario Floriacensi omni fide à Joanne à « Bosco, monacho cælestino, optimè merito de monasticâ anti- « quitate ordinis sancti Benedicti. » (Annal. eccl. ann. chr., 1107).

« fatum monasterium in quo, sicut Romanorum
« Pontificum testantur privilegia, gloriosi con-
« fessoris Christi Benedicti corpus requiescere
« creditur, cui etiam Deo authore præesse dignos-
« ceris sub beati Petri apostolorum principis

. . . .

« Subdatum Sutrii. . . . »

(*Ex cartul. Floriac.*)

§ IX

HONORII PAPÆ III

BULLA

PRO DEDICATIONE ECCLESIÆ SANCTÆ MARIÆ ET S. BENEDICTI FLORIACENSIS

(*Ann.* 1218.)

« Honorius Episcopus, servus servorum Dei, « dilectis filiis Abbati et conventui sancti Bene- « dicti Floriacensis, salutem et apostolicam bene- « dictionem.

« . . . Cùm terribilis et venerabilis locus vester « existat, ob reverentiam præsentiæ confessoris « Benedicti qui monastici ordinis institutor existit, « forma gregis, religionis exemplum, tantò dedi- « cationem ipsius majori gratiâ prævenire tenemur, « quantò eum terribiliorem fore credimus, cum ad

« suæ ecclesiæ sanctificationis augmentum invo-
« cabitur die illâ nomen Domini super ipsum. . .

« . . . Datum Laterani, tertio nonas Martii,
« pontificatûs nostri anno secundo.

(D. Chazal, l. c. an. 1218 ; ex Cartul. Floriac.)

§ X

CLEMENTIS PAPÆ III

DIPLOMA

CONCEDENS INDULGENTIAS PRO FESTO TRANSLATIONIS S. BENEDICTI

(*Ann.* 1288.)

« Clemens Episcopus, servus servorum Dei, « dilectis filiis Abbati et conventui monasterii « sancti Benedicti Floriacensis ad Romanam « sedem, nullo medio, pertinentis.

« Cupientes ut ecclesia monasterii vestri in « honorem sancti Benedicti dedicata congruis « honoribus frequentetur, universis Christi fide- « libus verè pœnitentibus et confessis qui eam- « dem ecclesiam in die natali ejusdem sancti et « translationis ipsius annis singulis visitaverint « reverenter, de omnipotentis Dei misericordiâ et

« beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus autho-
« ritate confisi, centum dies de injunctis sibi pœni-
« tentiis misericorditer relaxamus.

« Datum Viterbii quarto nonas Augusti, pon-
« tificatûs nostri anno tertio.

(Ex Cartul. Floriac. fol. 148.)

§ XI

BEATI URBANI PAPÆ V

EPISTOLA

AD FLORIACENSIS

(*Ann.* 1364.)

« Urbanus Episcopus servus servorum Dei, « dilectis filiis Abbati et conventui monasterii « sancti Benedicti suprà Ligerim, ordinis ejusdem « sancti, Aurelianensis diœcesis, salutem et apos- « tolicam benedictionem. . .

« . . . Unum solemne monasterium monachorum « ordinis sancti Benedicti facimus construi, cujus « ecclesiam propriis intendimus manibus conse- « crare, ac diversis sacris reliquiis munire. Cùm « itaque nos ad Beatum Benedictum confessorem « præcipuam devotionem habeamus et de ipsius « reliquiis pro prædicto novo monasterio habere

« velimus aliquam congruam portionem, discre-
« tionem vestram hortamur attentè, vobis districtè
« præcipiendo mandantes quatenùs quartam par-
« tem vel circà capitis, et unum os brachii dextri
« ejusdem sancti, cujus corpus in vestro monas-
« terio requiescere dicitur, ac unum vel saltem
« duos palmos sindonis in quâ hujusmodi caput
« et brachium involuta fuisse noscuntur. . .

« Datum Avenione, septimo idûs Januarii, pon-
« tificatûs nostri anno tertio.

(*Bibliotheca Floriacensis; opera Joannis à Bosco, Cœlestini Lugdinensis.... — Luguduni*, 1605, *p.* 248).

§ XII

CLEMENTIS PAPÆ VIII

TESTIMONIUM

Concedentis indulgentias plenarias omnibus ecclesiam abbatialem S. Benedicti super Ligerim devotè visitantibus, diebus festis Domini S. Sebastiani, vigesimâ Januarii, et Translationis corporis Domini S. Benedicti, undecimâ Julii.

(Ann. 1597.)

« SSmus Pp. Clemens VIII, litteris suis aposto-
« licis datis Romæ apud S. Petrum, die sextâ de-
« cembris, anni millesimi quingentesimi nonage-
« simi septimi, sub annulo Piscatoris, ut magis ex-
« citentur et inducantur Fideles Christiani. . . . ,
« dedit ac concessit indulgentias plenarias et
« remissionem omnium peccatorum omnibus Fide-
« libus christianis verè pœnitentibus, confessis et

« sacrâ communione refectis. . . Ecclesiam Abba-
« tialem S. Benedicti super Ligerim devotè visitan-
« tibus, diebus festis S. Sebastiani et translationis
« corporis S. Benedicti. . .

« Itaque venerabiles Decanus, canonici et capi-
« tulum ecclesiæ Aurelianensis, qui viderunt, lege-
« runt et approbaverunt prædictas indulgentias,
« sede episcopali vacante, adhortantur unum-
« quemque Fidelem Christianum ut prædictas In-
« dulgentias participet.[1] »

(Ex Archivo Floriacensi.)

TEXTUS ORIGINALIS

« *Indulgences plainières, données par notre Saint Père le*
« *Pape Clément huictiesme, à tous ceux et celles qui*
« *visiteront dévotement l'église de l'abbaye Saint-Be-*
« *noist de Fleury-sur-Loyre, en les jours et festes de*
« *Monsieur Sainct Sébastien, vingtiesme de Janvier, et*
« *de la Translation du corps de Monsieur Sainct*
« *Benoît, unzième du moys de Juillet.*

« Nostre Sainct Père le Pape Clément, huictiesme
« du nom, par ses lettres apostoliques données à

[1] Clementis VIII Baronius tunc temporis erat à confessionibus et à consiliis.

« Sainct-Pierre de Rome, le sixiesme jour de « Décembre, mil cinq cens quatre vingts dix sept, « soubz l'aneau du Pescheur, pour davantaige exci-« ter et induire les fidèles chrétiens, etc. . . . , a « donné et octroyé plainières indulgences et par-« don de tous péchés à tous fidelles chrétiens, « vrays pénitens, confes et repeuz de la sacrée « communion. . . qui dévotement visiteront l'é-« glise de l'abbaye de Sainct-Benoist-sur-Loire, « aux jours et festes de sainct Sebastian, et Trans-« lation du corps de sainct Benoît.

. . . .

« Aussi les vénérables Doyen, Chanoines et « Chappitre de l'église d'Orléans, qui ont veu, leu « et approuvé lesdites Indulgences, le siège épis-« copal vaccant à présent, admonestent ung chacun « fidelle chrestien de participer auxdites Indul-« gences. »

(Extrait des archives de Fleury.)

TITULUS IV

ECCLESIARUM TESTIMONIA

NOTANDUM

Ne lectorem satietas testimoniorum afficiat, varietatis ornamentum inducere non despicimus et ideò ex quatuor nationibus, ex quatuor ordinibus, ex quatuor tandem diœcesibus testes nostros desumendos judicamus, ut numerus noster duodecimus gratè conficiatur.

§ I

ECCLESIARUM ANGLIÆ

TRADITIO

DE TRANSLATIONE CORPORIS SANCTI BENEDICTI

AUCTORE RICARDO BROUGTON

(*Circ. ann.* 1620.)

« Non solùm antiquitates nostræ particulares, « non solùm optimi et antiquissimi scriptores An- « gli ordinis sancti Benedicti, sed etiam ecclesia « Angliæ in officio suo publico, communisque tra- « ditio regionis nostræ magnam venerationem ergà « monasterium S. Benedicti Floriacense in Galliâ « profitentur, utrâque gente celebrante translatio- « nem reliquiarum S. Benedicti, quæ facta est in « hoc cœnobio cum magno apparatu (tempore Clo- « dovei, filii Dagoberti regis, qui regnavit ab anno

« Christi 646 usque ad annum 662) cum officio
« novem lectionum undecimâ Julii — V Idus Julii,
« Translatio S. Benedicti, 9 lectionum.

TEXTUS ORIGINALIS

« Not only particular antiquities, even the most « ancient and best Benedictin writers of England, « but the common tradition and church of England « in the public office thereof, give great honour « to the monastery of S. Benedict at Floriacum in « France, both places celebrating the translation « of the relicks of S. Benedict thither with great « honour (in the time of Clodoveus, son of king « Dagobert, beginning his reign in 646 year of « Christ and ending in the year 642) with office of « nine lessons upon the Eleventh day of July. « 5 Idus Julii, translatio S. Benedict : 9 lectio- « num. »

(A. true memorial... by Richard Brougton. Pag. 231 et seq.)

§ II

HISPANIÆ

ECCLESIARUM ET MONASTERIORUM

TESTIMONIUM

« Multarum etiam ecclesiarum cathedralium « Breviaria, quorum usus antè Pium V erat, desi-« gnato diei hæc verba adscribebant : *Translatio « corporis S. Benedicti.* Lectiones matutinarum « precum rei gestæ seriem exponebant. Dicta, « facta hœc sunt non modò in Galliâ, sed etiam « in *Hispaniâ.* Quis vis ? Multa nos Breviaria con-« traximus, undè acta singularium sanctorum pe-« teremus. Quæ in Ecclesiis S. Jacobi de Biq, de « Taraconâ, de Valladolid, de Astorgâ, de Burgos, « de Salamancâ prodierunt, à Gallorum relatione « nihil desciscunt. Neque inter argumenta hujus

« translationis hoc extremum est, congregationem
« S. Benedicti Vallisoletanam in Hispaniâ eam à
« multis retroactis annis in choro decantare ins-
« tituisse, neque hùc usque mutâsse morem. . .

(Chronicon generale O. S. B. à R. P. Antonio de Yepez conditum hispanicè, et à P. Thomâ Weiss latinè versum. Tom. II. 290.)

§ III

JOANNIS ALVAREZ DE LUZANA

PORTUCALÈNSIS EPISCOPI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1628.)

« Nos Joannes Alvarez de Luzana, Portucalensis « Episcopus, et quondam in sacello regio Elyssi- « pone Præpositus Generalis, certificamus, in fide « nostrâ et in causâ sanctæ matris ecclesiæ no- « bis creditâ, ad instantiam Illustrissimi domini « Emanuelis, domini mei Antonii filii, Portugal- « liæ Principis, nos ex archivis relictis felicis me- « moriæ D. Henrici Ulyssiponensis et Eborensis « Archiepiscopi S. R. E. Cardinalis, dein XVII « Portugalliæ regis, accepisse, legisse ac pro

« vero compertum habuisse sacras, veras ac ge-
« nuinas reliquias S. Adriani, martyris, S. Ger-
« trudis...

« Item ex prætactis Archivis compertum et ex-
« ploratum habemus, sacras Reliquias S. Bene-
« dicti Abbatis, ex Basilicâ monasterii Floriacen-
« sis, et S. Scholasticæ sororis ejusdem ex Basilicâ
« cenomanensi quas utrasque Glannifoliensi mo-
« nasterio acquisitas, etc.

(*Acta sanctorum. Aprilis. Tomus I.*— 10 *p.* 888)

§ IV

MARTINI POLINI

ARCHIEPISCOPI, — ORDINIS PRÆDICATORUM,
SUMMI PONTIFICIS PÆNITENTIARII ET CAPELLANI

TESTIMONIUM

(*Circ. ann.* 1550.)

« Deodatus, natione Romanus, ex monacho se-
« dit annis quatuor...

« Hujus tempore translatum est corpus Beati
« Benedicti à monte Cassino ad cœnobium Floria-
« cense quod est solemne in Aurelianensi diœcesi
« et etiam corpus sororis ipsius Scholasticæ.....

« Hujus tempore, regnum Siciliæ à Saracenis
« devastatur...

(*Monumenta Pertz. Tom. XXII. p.* 424.)

§ V

MONASTERII S. BONIFACII IN URBE

TESTIMONIUM

EX EPISTOLA S. ABBONIS FLORIACENSIS ABBATIS AD LEONEM ABBATEM

(*Ann.* 995.)

« Facundiæ prærogativâ cum vitæ merito et « sapientiæ doctrinâ mirabiliter intonanti Domino « Leoni, sancti Bonifacii carissimorum carissimo « Abbati, Floriacensis cænobii humilis Abbas « Abbo, spiritum domini qui replevit orbem ter- « rarum, replere ipsius scientiam et intellec- « tum...

« Pretiosarum reliquiarum S. Patris Benedicti « insignia postulastis vobis dirigi, eò quod indu- « bitatum penitùs esse sanctissimam ipsius cor-

« poris præsentiam à nobis retineri, ideòque velle
« enixiùs in honore illius oratorium construi,
« itemque nobis de S. Bonifacio aut de sacris ar-
« tubus ceterorum sanctorum nobis eadem re-
« compensari. Adjecit insuper incomparabilis
« bonitas...

(Annal. Bened. Tom. IV. col. 691. et 692.)

« Ex quâ epistolâ satis intelligitur tunc Roma-
« nis persuasum fuisse S. Benedicti corpus in
« Galliam translatum, Floriaci asservatum fuisse »

Historiens des Gaules, nota.)

§ VI

CLUINACENSIS ORDINIS

TESTIMONIUM

EX LIBRO CONSUETUDINUM CLUNIACENSIUM
A S. UDALRICO RATISPONENSI SCRIPTO
ET WILLELMO HIRSAUGIENSI ABBATI

DEDICATO

(*Labente sæc. XI°*)

« Depositio Præceptoris nostri sancti Benedicti « cùm sit in quadragesimâ, non est opportunum « propter ipsam ut cum octavis celebretur. Prop- « tereà quod eâ vice non benè possumus, in ejus « translatione facimus, et illam celebramus cum « octavis.

« De quâ qualiter facta fuerit, vel cujusmodi « persona in Gallias sacrosancta attulerit ossa, « manifesto litterarum testimonio non caremus....

(Acta sanctorum ord. S. Bened. Tom. II p. 329.)

§ VII

CISTERIENSIS ORDINIS

IN CAPITULO GENERALI ADUNATI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1124.)

« Hoc anno (1234) in capitulo generali apud « Cistercium recepta est Translatio corporis B. Be- « nedicti inter præcipuas solemnitates.

« Qualiter autem translatum sit venerabile cor- « pus à monte Cassino ad Aurelianensem provin- « ciam Galliæ habetur suprà in anno sexcentesimo « septuagesimo quarto. — Tamen Cassinenses se « confitentur veraciter habere corpus Beati Bene- « dicti, cùm illi è contrario de sancto Benedicto « super Ligerim, omnibus præsentibus, nudè et « apertè demonstrant...

(Monumenta Pertz..... Tom. XXI. p. 614. Chronicon Alberici, monachi Trium Fontium.)

§ VIII

CONGREGATIONIS VALISOLETANÆ

IN HIPANIA

TESTIMONIUM

« . . . Regale primariumque monachorum con-
« gregationis Valisoletanæ cœnobium corporis
« S. Benedicti particulam quamdam ab Henrico III
« Castellæ et Legionis Rege dono olim accepit.
« Cui ingens accessio facta est integro femoris
« ejusdem sancti osse, ex Montepessulano Galliæ
« Narbonensis urbe[1] in Hispaniam deportato ac
« in eodem Valisoletano cœnobio, re priùs juxtà
« concil. Trid. decreta diligenter examinatâ et
« apostolicâ authoritate comprobatâ, solemni

[1] Vide suprà bullam Urbani quinti, ex quâ constat illas particulas corporis B. Benedicti olim à Floriacensibus fuisse donatas...

« pompâ recepto, Philippo Secundo Rege Catho-
« lico ut cunctis ex regio senatu primoribus, cle-
« ricis omnibus omniumque ordinum monachis
« comitantibus, modo et ordine quem ipse Rex
« præscripserat, in idem cœnobium inferretur
« jubente 5 Id. Julii 1594.

(Ex Breviario Valisoletano.)

§ IX

GUMBOLDI EPISCOPI

ET GUILLELMI VASCONIÆ DUCIS


TESTIMONIA

(*Ann.* 977.)

« Ego, Gumboldus Episcopus, et frater meus « Guillelmus Sanctio Dux Gasconum, tacti divino « amore. . . . . .

« . . . Communi consilio propinquorum seu Fi- « delium nostrorum, quemdam clericum legationis « nostræ bajulum ad venerabilem Abbatem Ri- « chardum Fratresque monasterii Floriacensis, « quod est situm in agro Aurelianensi, super « fluvium Ligeris, ubi ipse sanctissimus Pater et « Legifer monachorum Benedictus, corpore à Cas- « sino monte translatus, requiescit humatus; cum « omni supplicatione direximus...

(Instrumentum publicum ex inventario Rescriptorum authenticorum Bibliothecæ Floriacensis.)



§ X

HUGONIS TRECENSIS EPISCOPI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1075.)

« Hugo, divinâ gratiâ Trecensis Episcopus, Fi-
« delibus universis præsentibus et futuris gaudium
« pacis atque salutis... Quoniam maximum ac
« spiritale donum charitatis magis ac magis ubique
« refrigescit, vitaque omnium, redundante malitiâ,
« periclitatur nequiter, convenit prorsùs unum-
« quemque fidelium in postremis sibi providere,
« ne fortè, quod absit, cum morte carnis mortem
« incurrat animæ. Quapropter festinemus omnes
« facere amicos etiam de mammonâ iniquitatis, ut
« nostris deficientibus meritis postmodum in
« æterna tabernacula recipiamur ab eis. Undè

« Beatum Benedictum cupiens mihi et Ecclesiæ
« meæ patronum et intercessorem habere, fratribus
« Ecclesiæ Floriacensis dictæ, quæ est in honorem
« Beatæ Genetricis Dei Mariæ, ubi dicitur requies-
« cere Beatus Benedictus in corpore, concedo us-
« que in perpetuum illa duo altaria episcopatûs
« mei quæ priùs et ab antecessoribus meis collata
« fuerant...

(Ex cartul. Flor. fol. 53.*)*

§ XI

HELIÆ AURELIANENSIS EPISCOPI

CHARTA

DE DONATIONE ECCLESIÆ SANCTI ITHERII SULLIACENSIS

(*Ann.* 1137.)

« Elias Dei gratiâ Aurelianensis Episcopus, di-
« lecto fratri in Christo Ademaro Abbati sancti
« Benedicti Floriacensis cœnobii ejusque succes-
« soribus universis, totoque ejusdem monasterii
« conventui religiosè viventibus in perpetuum...

« Pro Domini Papæ sententiâ et voluntate, com-
» municato cum prudentibus et religiosis viris
« Aurelianensis ecclesiæ consilio, prædictam So-
« liacensem Ecclesiam, pro reverentiâ corporis
« Sancti Benedicti quod in Floriacensi cœnobio
« Dei providentiâ et gratiâ requiescit, quia etiam

« ipse totius monasticæ religionis Institutor et
« Pater est, præfato Abbati Ademaro, ejusque
« successoribus et capitulo Floriacensis monasterii
« universo, ad serviendum Deo sub religione
« monasticâ, dono...

« Ego Elias Aurelianensis Episcopus manu pro-
« priâ subscribo et confirmo.

(Ex Cartular. Flor. fol. 86.*)*

§ XII

PETRI SENONENSIS ARCHIEPISCOPI
ET ODONIS PARISIENSIS EPISCOPI

EPISTOLA

AD SUOS DIŒCESANOS

(*Ann.* 1207.)

« Universitatem vestram scire volumus, quòd « anno Incarnationis Domini millesimo ducente- « simo septimo, in festo Translationis sancti Bene- « dicti, quod est in mense Julio, accessimus ad « ecclesiam Beati Benedicti Floriacensem; et viris « prudentibus convocatis et inspectis sanctæ Ro- « manæ Ecclesiæ privilegiis, verè cognovimus « quod tanti confessoris præsentiâ prædicta Flo- « riacensis ecclesia insignis habetur.

« Verùm cùm pignora tanti Patris religionis

« monasticæ essent quasi in abscondito, et tan-
« quàm candelabrum sub modio positum, ut lu-
« men præberetur Fidelibus à tanto luminari de
« loco humili qui datus ei erat ab antiquo recli-
« natorium, archiepiscopis, episcopis, abbatibus
« et aliis viris nominis magni adstantibus, in thecâ
« super majus altare posita reposuimus auro, gem-
« mis et argento pariter contexta, etc. . . .

(Biblioth. Flor. ex cartul. Flor.)

TITULUS V

IMPERATORUM, REGUM ET PROCERUM

TESTIMONIA

NOTANDUM

Gratum lectori fore si varia necnon stupenda invenerit specimina judicantes, numerumque nostrum assuetum præterire nolentes, in præsenti titulo, ut jàm anteà factum est, numerum quaternum ter ducimus ut ad duodecim testes perveniamus. Primò quidem antiquiora eximiamque pietatem redolentia nobis occurrunt quatuor Procerum testimonia quibus, quatuor Francorum interpositis Regibus, quatuor tandem principes adjunguntur qui regionibus præfuerunt externis. Quia verò Proceres isti minùs sunt in historiâ noti, undè eorum documenta eruimus indicare ideòque hanc Perardi notam transcribere juvat :

« J'ai mis ensuite de cette charte celles de Ec-
« card comte d'Authun, de Mascon, de Chalon,

« fondateur du prieuré de Persy (Patriciacum) et
« par occasion j'ay inséré le chartulaire de ce
« prioré, qui est une pièce d'Antiquité fort rare
« et nouvellement découverte, que j'ay copiée
« sur son original et à l'ordre de laquelle je n'ai
« point voulu toucher pour la donner telle qu'elle
« est en son original. »

Hujus scriptoris, qui suæ patriæ antiquitatibus tàm penitùs studuerat, auctoritatem nemo, ni fallor, despiciet.

§ I

ECCARDI COMITIS AUGUSTODUNENSIS

DONATIO

(*Ann.* 840.)

« Si aliquid de rebus suis fideles sanctæ Dei « Ecclesiæ hoc libro dare voluerint, hoc sibi pro- « cul dubio in æternâ beatitudine Domini retri- « buere confidunt. Idcircò Ego Eccardus dono Dei « comes et conjux mea Richeldis, paventes diem « extremæ vocationis, ne gravati nimiâ mole pec- « caminum, sine fructu boni operis steriles inve- « niamur, donamus, pro animæ nostræ remedio « atque in eleemosynâ Childebranni genitoris mei « et genitricis meæ Donnanæ, necnon germani « fratris mei Theoderici et uxorum mearum, Albe- « gundis atque Richeldis, donatumque esse in

« perpetuum volumus, res nostras ad monasterium
« Sanctæ Mariæ et S. Petri, atque Sancti Bene-
« dicti Floriencis libri ; ubi ipse S. Benedictus
« debito quiescit honore, vel ubi præesse cognos-
« citur vir venerabilis Abbas Teodbertus, unâ
« cum plurimâ turbâ monachorum ibidem Domino
« famulantium : quæ sitæ sunt in pago Augusti-
« dunense, atque in pago Matisconense, seu in
« Cabilonense, id est in villâ quæ dicitur Patri-
« ciacus.

« Data in mense Januario, anno primo imperii
« Domini Karoli Junioris. Gautbertus me scrip-
« sit. »

(Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'Histoire de Bourgogne, par Estienne Pérard, conseiller du Roy et doyen de la chambre des comptes à Dijon, Paris, 1664, p. 22-3.)

§ II

KARTA WINETERII

DE SOLMERIACO

(*Ann.* 898.)

« Cum in omnibus justè rationabiliter idonea sint « adhibenda testimonia, necesse est tamen ut quic- « quid unusquisque sive pro æternali recompensa- « tione dare disposuerit, ità muniatur scripturæ « testamentis, ne cujusque possit fallaciæ obvia- « ri firmitas. Propterea Ego Wineterius, notum « fieri volo omnibus Dei fidelibus tàm præsentibus « quàm futuris, quoniam Ego, pro Dei amore « atque bonis mihi à servis illius largitis, dono « quasdam meæ proprietatis res monasterio « Sanctæ Mariæ semper virginis et Sancti Petri « Apostolorum principis, seu Beati Benedicti Ab-

8

« batis, quod vocatur Floriacum, quò corpus
« ejusdem reverendi Patris requiescit, quæ sunt
« sitæ in pago Augustidunense, in territorio Ma-
« tornensi, in villâ Corcellas, colonicas novem...

« Data octavo Kalendis Juniis, indictione sep-
« timâ, mense primo, obeunte Odone quondam
« Rege, redintegrante sedem regni Karoli Regis.
« Laurentius, jubente Winterio, scripsit et subs-
« cripsit. »

(*Pérard, l. c., p.* 36-37.)

§ III

KARTA LETALDI

DE MANSO PATRICIACO

(*Ann.* 964.)

« Quamvis miserrimus homo quamdiù est in-
« columis semper debet præ oculis habere omni-
« potentis Dei discussionem judicii, in ægritu-
« dine tamen positus, de illius misericordissimâ
« pietate nullo modo debet desperare, hoc pro
« salute animæ suæ attentiùs debet invigilare et
« de propriis rebus, quantùm possibile est, in
« alimoniis servorum Dei semetipsum redimendo
« largiri, ut apud piissimum Judicem æternam
« post obitum valeat adquirere retributionem.
« Idcircò Ego, in Dei nomine, Guntrudis et filius
« meus Letaldus, respicientes gravedinem pecca-

« torum nostrorum, et reminiscentes bonitatem « Dei dicentis : Date eleemosynam, et ecce omnia « munda sunt vobis ; tradidimus pro remedio ani- « marum nostrarum seu pro remedio senioris mei « Malguini, traditumque in perpetuum esse volumus « Monasterio Sanctæ Mariæ sanctique Petri necne « et Sancti Benedicti Floriacensis cœnobii, in quo « ipse Sanctissimus corpore requiescit, omnique con- « gregationi ejusdem loci, cui venerabilis Richardus » Abbas supernâ gratiâ præesse videtur, res hære- « ditatis nostræ.

« Data in mense Julio, anno decimo, regnante « Lothario Rege. »

(*Pérard, l. c., p.* 39.)

§ IV

KARTA ADILONIS

DE CAVANAS

(*Ann.* 966.)

« In Dei nomine, Ego Adilo et uxor mea Arburgis « et filius noster Theodericus, donamus pro remedio « animarum nostrarum et pro remedio animarum « parentum nostrorum, donatumque in perpetunm « esse volumus, res nostras ad monasterium « Sanctæ Mariæ et Sancti Petri atque Sancti Bene- « dicti Patris Monachorum Floriacencis loci, ubi « ipse Sanctus Benedictus debito quiescit honore, « quæ sunt sitæ in pago Augustidunense, et in pago « Morvenno, in fine villâ Roporcono, in villâ « quæ vocatur cavanas, hoc est mansum unum « et quicquid ad ipsum mansum aspicere videtur.

« Actum Patriciaco Monasterii. . . .

(*Pérard., l. c., p.* 45.)

§ V

LOTHARII FRANCORUM REGIS

DIPLOMA

(*Ann.* 974.)

« In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis, « Lotharius divinâ propitiante clementiâ Franco- « rum Rex : cum pravorum hominum moribus « jàm sub fine sæculi sancta Dei ecclesia graviùs « premitur, nobis quibus Regni Imperium cœlesti « Providentiâ committitur instare vigilantiùs « oportet ne nostri Jesu Sponsa, pia videlicet Ec- « clesia à nostris Patribus exaltata, suæ dignitatis « detrimentum patiatur...

« Notum esse volumus omnibus Episcopis, Ab- « batibus, Ducibus, Comitibus etc, quia venerabi- « lis vir Richardus Abbas ex monasterio Floria-

« censi, quod est constructum in honore S. Mariæ « et S. Petri Principis Apostolorum sanctique « Benedicti Confessoris, ubi ipse Beatus Benedic- « tus corpore requiescit in pago Aurelianensi « super Fluvium Ligeris, detulit nobis etc....

(Ex cartul. Floriac. fol. 66 — Rec. des Hist. de Fr. Tom. IX. p. 361, ex schedis clar. Estiennot.)

§ VI

HUGONIS CAPETI FRANCORUM REGIS

TESTIMONIA

(987.)

I. « Fertur dixisse moriens (Hugo Rex ad Ro-
« bertum) : O optime fili, per sanctam et indivi-
« duam Trinitatem te obtestor ne quandò animus
« subrepat acquiescere consiliis adulantium...
« specialiter verò tibi inculco, nullo pacto ducem
« omnium, Patrem dico Benedictum, à te patiaris
« divelli illum apud communem Judicem salutis
« aditum, tranquillitatis portum, postque carnis
« obitum securitatis asylum. »

(*Baronii annales. ann.* 1029.)

II. « In litteris ad Oylboldum Abbatem Floria-
« censem, subdatum Aurelianis anno Dominicæ

« Incarnationis nongentesimo octuagesimo septimo
« anno regni sui primo, Hugo Franciæ Rex expli-
« citè testatur Corpus sancti Benedicti apud Flo-
« riacum requiescere. »

(*Biblioth. Floriac. p. 234.*)

§ VII

PHILIPPI PRIMI REGIS FRANCORUM

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1108.)

VERBA REGIS PAULO ANTE MORTEM

« Francorum Regum sepulturam apud sanctum « Dionysium esse scio : sed, quia me nimium esse « peccatorem sentio, secùs tanti martyris corpus « sepeliri non audeo. Admodùm vereor ne, pec- « catis meis exigentibus, tradar diabolo, et mihi « contingat sicut scriptura refert olim contigisse « Martello Karolo. Sanctum Benedictum diligo, « pium patrem monachorum suppliciter exposco,

« et in ecclesià ejus super Ligerim tumulari desi-
« dero. Ipse enim clemens est et benignus, om-
« nesque suscipit peccatores propitius qui emen-
« datiorem vitam appetunt et secundùm discipli-
« nam regulæ ipsius Deo conciliari satagunt.[1] »

(Annal. ord. S. Bened. Lib. LXXI.)

[1] Nec objicias præsentiam corporis S. Benedicti his verbis non indicari, dùm sæpè sæpiùs regiâ fide in aliis ejusdem Regis documentis declaratâ hanc fuisse mentem ejus evidens est.

§ VIII

LUDOVICI VI FRANCORUM REGIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1108.)

« Ut ad quædam quæ de præterito anno (1107) « ... redeam, meninisse decet et scire est utile « de Translatione sanctissimi corporis communis « Patris Benedicti...

« Convocatio populi quæ per multa loca facta « fuerat plurima ad diem denominati festi conve- « nit, sed non quanta debuit : quis enim deesse « debuit ? Credo nullus quem pes portare potuit. « Ad hunc conventum venit et interfuit Ludovi- « cus Rex designatus, cum multis Proceribus « Franciæ Regni et communi lætitiæ suam con- « junxit...

« Eâdem die dedicaverunt majus altare in ho-
« nore sanctæ Mariæ Dei Genitricis et aliud, ma-
« tutinale scilicet, in honore sancti Benedicti sub
« quo positæ sunt ipsâ die sanctæ reliquiæ ejus-
« dem Patris.

« Translatum est sanctissimum corpus in cons-
« pectu omnium qui adfuerunt, insertum in me-
« tallino quodam et cupreo scrinio, in quo priùs,
« ut creditur, positum fuit quandò allatum est de
« monte Cassino.

« Illic vidi flentes præ gaudio Regem et Prin-
« cipes et omne vulgus, præcipuèque monachos
« et abbates, hymnos et laudes, ut decebat, dicere
« volentes sed præ lacrymis non valentes...

(*Ex chronico S. Petri Vivi Senonensis. — In Spicilegio Lucæ d'Achery. — Tom. II. p. 478 — 9.*)

§ IX

LUDOVICI IMPERATORIS

DIPLOMA

PRO MONASTERIO FLORIACENSI

(*Ann.* 818.)

« In nomine Dei et salvatoris nostri Jesu-Christi,
« Ludovicus divinâ ordinante Providentiâ Impe-
« rator Augustus... Notum sit omnibus Fidelibus
« sanctæ Dei ecclesiæ, quòd detulit nobis Vene-
« rabilis vir Adalgaudus, Abbas ex monasterio
« sancti Benedicti Floriacensis, ubi ipse sanctus
« Benedictus corpore requiescit, auctoritates im-
« munitatum avi videlicet nostri Pipini quondam
« Regis, seu domini et genitoris nostri Karoli piis-
« simi Augusti... Ob rei tamen firmitatem postula-
« vit nobis præfatus Abbas ut, ob amorem Dei et

« reverentiam S. Petri et S. Benedicti, paternum
« seu prædecessorum nostrorum morem sequentes, immunitatis nostræ præceptum circà ipsum
« sanctum locum fieri censeremus. . . . »

(*Pérard. Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'histoire de Bourgogne, conseiller du roi et doyen de sa chambre à Dijon. Paris.* 1664. *p.* 46.)

§ X

HENRICI LUSITANIÆ REGIS

TESTIMONIUM

(ALVAREZ DE LUZANA EPISCOPO REFERENTE)[1]

(*Circ. ann.* 1560.)

« Certificamus... Nos ex archivis relictis felicis « memoriæ D. Henrici... XVII Portugalliæ Regis « accepisse, legisse ac pro vero compertum ha- « buisse sacras, veras ac genuinas reliquias S. « Adriani martyris; S. Gertrudis...

« Item ex prætactis archivis compertum et « exploratum habemus sacras reliquias S. Bene- « dicti Abbatis ex Basilicâ monasterii Floriacen- « sis, et Scholasticæ sororis ejusdem ex Basilicâ « Cenomanensi, quas utrasque... ex glannifoliensi « monasterio acquisitas...

(*Act. sanct. Aprilis Tom. I.* 1-10. *p.* 188.)

1 Cfr. Tit. IV. Eccles. Test. § III.

§ XI

PHILIPPI II REGIS CATHOLICI

TESTIMONIUM

(BREVARIO VALISOLETANO REFERENTE)[1]

(*Ann.* 1594.)

Ibi fit mentio de « integro femoris ejusdem « sancti (Benedicti) osse, ex Montepessulano « Galliæ Narbonensis urbe, in Hispaniam depor- « tato ac in eodem Valisoletano cœnobio, re priùs « juxtà concilii Tridentini decreta diligenter exa- « minatâ et apostolicâ authoritate comprobatâ, « solemni pompâ recepto, Philippo secundo Rege « Catholico, ut cunctis ex regio senatu primori- « bus, clericis omnibus omniumque ordinum mo- « nachis comitantibus, modo et ordine quem ipse « Rex præscripserat, in idem cœnobium inferretur « jubente, V Id. Julii 1594. »

[1] Cfr. Tit. IV. Eccl. Test. § VIII.

§ XII

STANISLAI REGIS POLONIÆ

EPISTOLA

AD MONACHOS FLORIACENSES

(*Ann.* 1736.)

« Veneratio particularis à me semper exhibita, « Reverendissime Pater, ergà ordinis vestri illus- « trissimi sanctum fondatorem me impellit instan- « tibus ascensum præbere sollicitationibus conso- « brinæ meæ, ex comitibus Jablonowska, Monialis « ordinis sancti Benedicti Adorationis Perpetuæ « Sanctissimi Sacramenti, in monasterio Leopo- « lensi in Russiâ, ut eidem præbeatur fragmentum « ex ossibus patriarchæ vestri, sancti Benedicti. « Quam à vobis gratiam deprecor pro istâ Moniali. « Pergratum me habebitis ipse et congregatio vestra « de consensu quem addideritis, et de dono tam « pretiosæ et tam authenticæ reliquiæ quod Polo-

« niæ obtuleritis. Quantùm colant sacras reliquias « Poloni, nemo nescit; et ideò nec dubitandum vo- « bis est quantùm honoris et cultûs his semel « concessis sint largituri, quandò tantum munus « possidebunt.

« Me commendo communitatis vestræ orationibus « addictissimum vestrum. — STANISLAUM REGEM [1]

TEXTUS ORIGINALIS

« La vénération particulière que j'ai toujours eue, « mon Révérend Père, pour le saint Fondateur de votre « ordre illustre, m'engage à déférer aux pressantes ins- « tances que me fait ma cousine, née comtesse Jablo- « nowska, religieuse de l'ordre de Saint Benoît de « l'Adoration Perpétuelle du Saint-Sacrement dans le « monastère de Léopol en Russie, pour lui procurer une « portion d'un ossement de votre Patriarche St Benoît.

« Je vous demande cette grâce pour cette religieuse; je « vous serai obligé et à votre congrégation du consente- « ment que vous y donnerez et du don qu'elle fera à la « Pologne d'une relique aussi précieuse et aussi authen- « tique. On sait combien la nation polonaise honore les « Saintes Reliques; aussi vous ne devez pas douter du cas « qu'elle fera et du culte qu'elle rendra à celle que vous « aurez accordée, lorsqu'elle possèdera un si digne présent.

« Je me recommande aux prières de votre Communauté « et suis votre bien affectionné.

STANISLAS ROY.

1 (Exemplar Archetypon in Archivo Flor. servatur.)

TITULUS VI

ANGLORUM TESTIMONIA

§ I

AUCTORIS VITÆ

SANCTI ETHELWOLDI WINTONIENSIS EPISCOPI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 984.)

« ...S. Adewoldus autem misit Osgarum mona-
« chum trans mare ad monasterium Sancti Patris
« Benedicti Floriacense, ut regularis observantiæ
« mores illic disceret ac domi fratribus docendo
« ostenderet..., »

(*Act. Sanct. Ord. S. Bened. Tom. VII.*)

« ... more illorum temporum (addit Clemens Rey-
« nerius,) ob reverentiam Corporis Sancti Bene-
« dicti, quod Floriaci habebatur, ad cujus sacras

« reliquias spiritum se religionis derivare posse « feliciùs per ipsius preces putabant. Neque enim « ignotum est historicis Saxones et Anglos nostros « præ cæteris nationibus peregrinationibus reli- « giosis ad sanctorum pignora fuisse addictissimos « et Benedicti Patriarchæ sui gloriæ studiosis- « simos... »

(Clemens Reyner. — Apostolatus Benedictinorum in Angliâ. Duaci. 626

§ II

AUCTORIS VITÆ

SANCTI OSWALDI EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 992.)

« Spretâ sæculari pompâ necnon divitiis, (S. « Oswaldus) Floriacum, ubi corpus sancti Bene- « dicti requiescit, pergere decrevit. Missis enim « à sancto Odone commendatitiis litteris et donis « plurimis, juvenem dicto commendavit et « facto.

« Idem verò sanctus Odo in juventute consti- « tutus, mari transito, habitum monasticum apud « eumdem Floriacum susceperat...

(*Act. Sanct. Ord. S. Bened. Tom. VII.*)

§ III

ORDERICI VITALIS UTICENSIS MONACHI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1090.)

« . . . Quia omnes monachi totius Albionis pe-« rempti fuerant ac fugati supradictâ rabie Genti-« lium, miserunt egregium juvenem Oswaldum ad « Floriacense cœnobium, quod in Galliâ Leodebo-« bus Aurelianensis construxit suprà Ligerim « fluvium tempore Lodowœi, filii Dagoberti Regis « Francorum.

« Locus ille admodùm venerabilis est ossibus « sancti Benedicti Patris et Magistri monachorum, « quæ Aygulphus monachus à Mummolo Abbate « destinatus de Beneventanâ provinciâ detulit in « Aurelianensem pagum . . .

« Illùc Oswaldus reverendus adolescens accessit « ut monachus fieret et monachilem normam edis- « ceret. . . . »

(Histor. Eccles. Lib. IV. part. II. p. 323. — Migne. Patrolog. curs. complet. Tom. CLXXXVIII.)

§ IV

INGULPHII CROYLANDIÆ ABBATIS

IN ANGLIA

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1109.)

« Cùmque virtus vitalis (Turketuli Abbatis) de-
« ficeret et languor magis et magis violentior in-
» gravesceret, V Idus Julii, id est in Transla-
« tione S. Benedicti Patris et Patroni sui, transiens
« ex hoc mundo ad Patrem. . . . »

(Scriptores rerum Anglicarum à Saville. In vità Abb. Turketuli, Francofurti; 1601. *p.* 888.*)*

§ V

FLORENTII WIGORNIENSIS

CHRONICON

(Ann. 1118.)

« Mummolus divinâ revelatione præmonitus « misit unum de suis monachis, Aygulphum no- « mine, ad montem Cassinum, ut indè sibi deferret « sanctissimi corpus Benedicti. Qui veniens illò « ibique pernoctans, intempestæ noctis silentio, « ipsum sancti Benedicti sepulchrum ità cœlitùs « videt illustrari ac si densis lampadibus circum- « funderetur; mox reverenter accessit, et effracto « à latere sepulchro illud, exinanivit et quidquid « ibi reperit in unius sportulæ sinu recondidit et « Floriacum rediit. Translatum est igitur venera- « bile corpus S. Benedicti à Cassino monte Floria- « cum, anno Incarnationis Domini 774. »

(*Chronicon ex chronicis, auctore Flor. Wigorniensi Francofurti*, 1601. *p.* 563.)

§ VI

EADMERI EPISCOPI

IN VITA S. OSWALDI, ARCHIEPISCOPI EBORACENSIS

TESTIMONIUM

(*Circ. ann.* 1120.)

« ... Relictis canonicis, ...redit (Oswaldus) ad « Pontificem patruum suum (S. Odonem), nego- « tium salutis animæ suæ cum eo tractaturus... « Pater, si placet, dic nec dubites ubi velis per- « ficiam quod proposui ; aut certè si tibi grave « non est, ipse proponam quod disposui... Regu- « lam Beati Benedicti servare sub obedientiâ « volo; et idcircò in Galliâ apud Floriacum, ubi « ipsius reliquiæ dicuntur haberi, monachus fieri « mente revolvo. Nàm juxtà quod mihi mea æsti-

« matio dicit, nusquàm rectiùs servanda sunt nec
« fortè servantur quæ idem pater instituit, quàm in
« loco quem ipsemet suâ corporali præsentiâ in
« perpetuum honorare non desistit. » — Antis-
« tes ad hæc : « Idem, inquit, sentimus, idem sa-
« pimus, in idem nostra intentio tendit. Monachus
« loci illius sum. Habitum enim religionis ad
« onus regiminis, sub quo gemo, vocatus indè
« suscepi ; et propterea te quem specialiùs amo,
« monachum ibi fieri potissimùm opto. » — Et
« quidem hæc patriæ demutatio eâ re tunc ità
« utriusque voluntati complacuit, quoniam per id
« temporis religio monachici ordinis quæ cùm
« propter Barbarorum frequentes irruptiones,
« tùm propter quorumdam malignantium turbu-
« lentas seditiones, dudùm in Angliâ penè totâ
« obsoleverat, necdùm sui vigoris statu reformata
« claruerat.

« Mittitur ergò juvenis Floriacum, illìc floribus
« fulciendus virtutum...

(*Anglia sacra. — Part. II. Eadmerus, in vitâ S. Oswaldi. p.* 194, *Londini*, 1691.)

§ VII

WILLELMI MALMESBURIENSIS

TESTIMONIUM

(Sæc. XII°.)

« Anno D. J. 881, præfatus exercitus (pagano-
« rum, i. e. Normannorum), equis ascensis, in Fran-
« corum finibus devenit, quod mirabile videri
« potest quòd invisibiles hostes tàm forte belli-
« cosumque populum auderent insurgere. At tùm
« feroces Franci invictâ fortitudine à castellis et
« oppidis et civitatibus atque turribus viriliter
« progredientes more leonum succensi sunt irâ,
« videntes nefarias sceleratorum potestates emer-
« gere, gaudio lætitiâque exultare malos, jacere
« bonos prostratos... inito consilio prudenti, au-
« daces Franci bellum iniêre, durissimum cum

« paganis. Finito prælio, Franci cum triumpho « reversi sunt, paganis equis acquisitis, hàc illàc « equitabant. His diebus plurima in eâdem gente « monasteria concussa sunt et desolata. Nàm et « Fratres cœnobii (Floriacensis) sanctissimi Bene- « dicti ipsius reliquias à tumulo quo locata fue- « rant immensâ pulchritudine secum auferentes « hàc illàc discurrebant..... »

(*Pertz. Gesta Regum Anglorum.* — *Tom. X. p.* 459.)

§ VIII

BARDUNENSIS ABBATIS

IN ANGLIA

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1216.)

« Bardunensis Abbas, ait Gallia christiana, « oblatum à Floriacensibus unà cum pulvere cor- « poris S. Benedicti libens amplectitur, datis « litteris amoris et obsequii testibus.

« O utinàm, inquit, thesaurus ille pretiosissimi « pulveris Beati Patris vestri ac nostri Benedicti, « cujus prærogativâ donati et sanctificati estis, « perpetuum fœderis illius testimonium suâ mis- « sione concederet. »

(*Gallia Christiana. Tom. VII. p.* 1561.)

§ IX

CHRONICON BREVIUS

AB INCARNATIONE USQUE AD ANNUM DOMINI 1364

IN ANGLIA EXARATUM

« DCLXXI.

« DCLXXII.

« DCLXXIII.

« DCLXXIV. Translatio corporis sancti Benedicti
« in Galliam.

« DCLXXV.

« DCLXXVI. Deodatus Papa I.

(*Edited by Franck Scott Haydon B. A. London. Longman Brown,* 1858.)

§ X

MONASTERII MALMESBURIENSIS

CHRONICON

(*Ann. circ.* 1366.)

Cap. LXXXV

« 672. — Deodatus I, natione Romæ... Sedit « annos IV.

« Hcc anno translatum est corpus sancti Bene- « dicti de monte Cassino ad cœnobium Floria- « cense in Aurelianensi diœcesi... Eo tempore, « regnum Siciliæ à Saracenis devastatur...

« Post Dagobertum Clodoveus ejus filius, cujus « tempore translatum est corpus sancti Benedicti « de monte Cassino in Floriacum.

(*Edited by Franck Scott Haydon B. A. London. Longmann Brown* 1858.)

§ XI

MATTHÆI WESTMONASTERIENSIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1377.)

« Per idem tempus (an. 681) Abbas monas-
« terii Floriacensis, nomine Mummolus, revelatione
« divinâ præmonitus, misit monachum suum
« Aygulphum ad montem Cassinum ut indè sibi
« deferret sanctissimi corpus Benedicti.

« ... Translatum est autem corpus sanctissimum
« à transitu ejus CXXXVIII annis.

(*Flores Historiarum — Francofurti,* 1601. *p.* 125-126.)

§ XII

SIMEONIS DUNELMENSIS

TESTIMONIUM

« Ann. 881... Inito consilio prudenti, audaces « Franci bellum inière durissimum cum paganis. « His diebus, plurima in eâdem gente monasteria « concussa sunt ac desolata... Nàm et fratres « cœnobii sanctissimi Benedicti, ipsius reliquias « à tumulo quo locata fuerant immensâ pulchri- « tudine auferentes, hàc illàc discurrebant...

(*Gesta Regum Anglorum.* — *Ap. Selden. p.* 130.)

TITULUS VII

GERMANORUM TESTIMONIA

§ I

WANDALBERTI DIACONI

PRUMIENSIS MONACHI

MARTYROLOGIUM

(*Ann. Dom.* 854.)

V Idus Julii

« Martyrio quintum sancit Januarius atque
« Consimili decorat Pelagia sancta nitore.
« Tum Beneventanis translata montibus almi
« Busta Patris Benedicti, nunc Liger altus honorat. »

(*Act. Sanct. Junii Tom. VI, p.* 357.)

§ II

REGINONIS

PRUMIENSIS ABBATIS

TESTIMONIUM

(*Labente sæculo X°.*)

... Ad ann. 612. « Ega majordomus cum Nanthildâ Reginâ Regnum Clodovœi administrat.
« Circà hæc tempora, cùm in castro Cassino « vasta solitudo existeret, venientes de Cenomannicorum vel Aurelianensium regione Franci venerandi patris Benedicti ejusque germanæ « Scholasticæ corpora auferunt et in suam patriam « asportant. Corpus sancti Benedicti in territorio Aurelianensi in monasterio quod vocatur « Floriacum sepultum est.

(*Chronicon Reginonis Abbatis Prumiensis, p.* 390. *Argentorati* 1609.)

§ III

ANNALES LAURESHAMENSES

« Paulus Orosius presbyter in libro primo Historiarum adversùm paganos numerum annorum « ità comprehendit dicens: Sunt autem ab Adam, « primo homine, usque ad Ninum Magnum, ut « dicunt, regem, quandò natus est Abraham « anni 3184...

« In nostris verò codicibus invenimus à Nativitate Domini usque ad præsentem annum...

« Anno ab Incarnatione Domini. . . .

« 703. Translatio corporis sancti Benedicti « Abbatis de monte Cassino...

« 704.....

(Pertz. Monumenta Germanica, Tom I, p. 22.)

§ IV

GEORGII HENRICI PERTZ

« QUI FUIT SERENISSIMI BRITANNIARUM ET HANNOVERÆ REGIS TABULARIUS. »

TESTIMONIUM

Auctor ille adeò veram translationem S. Benedicti credidit ut, anno 703 errone in Annalibus Laureshamensibus statuto, chronologiam restitueret, et unà cum Joanne Mabillon annum 653 tanquàm verum indicaret his verbis :

« Translatio hœc anno 653 facta est. »

(*Nota Henrici Pertz editoris — Monum. Germ. T. I, p. 22.*)

Undè manifestè videtur non repudiatum à Pertz Translationis factum, quando animadvertit ne qualicumque legendariæ narrationi fides adhibeatur.

§ V

ANNALES LAUBIENSES

« 653. — Cœnobium Floriacense à Leodeboldo « Abbate fundatur, in quod non multò post « corpus sancti Benedicti ab Aygulpho monacho, « corpus verò sanctæ Scholasticæ cinnomaniis « transfertur.

« 654 Sanctus Judocus, regis Britonum « filius.....

(*Pertz. Monumenta Germanica. Tom. IV, p. 10.*)

§ VI

CHRONICA REGIA

MONASTERII S. PANTALEONIS COLONIENSIS

(*Ann.* 1108.)

« IV. — Anno Domini DCXC. Sergius Papa « LXXXVI sedit annis XVI, mensibus IIX, hic « constituit ut Agnus Dei cantaretur infrà sacri- « ficium.

« V. — Anno Domini DCXCI.

« VI. — Anno Domini DCXCII. Quidam Franci « de Celmannicorum regione venientes in castrum « Cassinum jàm desertum, venerabilis patris Be- « nedicti ejusque germanæ Scolasticæ corpora « auferunt et in suam patriam asportant.

« VII.— Anno Domini DCXCIII.

« IIX. — Anno Domini DCXCIV. Sanctus Re-
« naclus....

(*Corpus historicum medii ævi, à Jo. Georgio Eccardo. — Tom. I. p. 827. Lipsiæ. 1723*).

Et iterùm :

« Anno MCVIII, apud Floriacum, præsente
« Philippo[1] rege Francorum, aliisque quàm pluri-
« mis Proceribus, Episcopis et Abbatibus, cor-
« pus sanctissimi Benedicti levatum est imposi-
« tumque feretro auro gemmisque mirificè
« fabricato. Eodem anno, Philippus, rex Franco-
« rum, moritur et apud Floriacense cœnobium
« suprà Ligerim tumulatur. »

(*Ibid. Tom. I. Col.* 931.)

[1] Non personaliter sed, ut constat ex chronico S. Petri Vivi Senonensis, per filium suum Ludovicum regem designatum repræsentato. Cfr. Tit. V. § VIII.

§ VII

SIGEBERTI

GEMBLACENSIS MONACHI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1110.)

« . . . Cœnobium Floriacense à Leodeboldo « fundatum. . . et non multò post corpus sancti « Benedicti Abbatis ab Aygulpho monacho à « castro Cassinensi delatum illùc transportatur. « Corpus verò sororis ejus sanctæ Scholasticæ Cy- « nomanis transfertur.

(*In chronic. Ad ann.* 753.)

§ VIII

MARTINI MINORITÆ

ORDINIS FRATRUM MINORUM

TESTIMONIUM

(*Ann. circ.* 1300.)

« Adeodatus Papa LXXIX sedit annos III, « menses II. . . .

« Tunc translatum est corpus sancti Benedicti « ad monasterium Floriacense et sancta Scholas- « tica soror ejus.

« Bonus Papa LXXX, an. Domini DCLXXV. « Sedit annum. »

(*Flores Temporum. — Eccard. Tom. I. p.* 1593.)

§ IX

SURII CARTHUSIANI

TESTIMONIUM

« Jàmpridem vir sanctissimus et toto orbe celebrandus Benedictus, in Cassinensi cœnobio vitâ functus et sepultus erat; et, ut ipse prædixerat, diù posteà à Longobardis illud cœnobium in solitudinem est redactum. Volens autem Deus sacras Beatissimi Benedicti reliquias eo quo par erat honore affici et Gallias earum adventu consolari, per visum præcepit Beato Mummolo Abbati, ut Aygulphum Cassinum mittat, sanctissimi Benedicti ossa indè deportaturum. Facit ità Abbas et Aygulphus, divinâ ope fretus admirabiliter, Cassinum pervenit. Quod quærebat nullo negotio reperit et ad patrem Mummolum lætissimus adducit. »

(*De Probatis Sanctorum Historiis. Septemb. De S. Aygulpho et sociis martyribus.*)

§ X

HERMANNI SHEDEL

TESTIMONIUM

« Corpus sancti Benedicti ferunt temporibus « Sisinni Papæ è monte Cassino furto sublatum « propter solitudinem loci, et in Galliam translatum fuisse de monte Cassino ad monasterium « Floriacense cum Scholasticâ ejus sorore per monachum nomine Aygulphum. . . . »

(*Libri Chronicarum, cum figuris et imaginibus.* — *Nuremberg.* 1493.)

§ XI

ERHARDI (THOMÆ AQUINATIS)

TESTIMONIUM

« Hic primò adeundum est monasterium Flo-
» riacense, antiquissima religionis nostræ in
« Galliâ ad Ligerim fluvium sedes, ubi sanctus Pater
« Benedictus ab anno circiter DCLII, quo ejus sa-
« cræ exuviæ quinto Idus Julii ex Italiâ allatæ sunt,
« tot miraculis inclaruit. »

(*Gloria Sanctissimi Protoparentis Benedicti in terris adornata. — Seu vita, virtutes, prodigia, gesta, et cultus SS. Patriarchæ, operâ P. Thomæ Aq. Erhard ex ordine Bened. Liber II. p. 191. — Augustæ Vindelicorum* 1722.)

§ XII

GABRIELIS BUCELINI

TESTIMONIUM

IN SUO MENOLOGIO BENEDICTINO

(*Sæc. XVII°.*)

V Idus Julii

« Translatio sancti Patris et Patriarchæ nostri « Benedicti. Sicut ipse vivens prædixerat, monas- « terium ejus à Saracenis cùm esset devastatum, « sacrum ejus corpus, domino revelante, repertum « est et pars ejusdem in Gallias translata atque « in monasterio Floriacensi condigno cum honore « recondita, numine deinceps servi sui sanctitatem « creberrimis et admirandis prodigiis celebrante. »

(*Menologium Benedict. Gabr. Bucelini p.* 487. *Vel-kirchii.* 1655.)

TITULUS VIII

ITALORUM TESTIMONIA

NOTANDUM

Omnium Italorum, sancti Antonini, Summorum Pontificum et aliorum jàm in præcedentibus titulis anteà productorum memoriam tantùm revocantes, duodecim nova proferemus testimonia.

§ I

EPITOME CHRONICORUM

CASSINENSIUM

AUCTORE, UT FERTUR, ANASTASIO BIBLIOTHECARIO;
A MURATORIO PRIMUM EDITA EX MSS CODICIBUS[1]

« Eo etiam tempore, quidam Sarabaita, Aygulfus « nomine, cum suis complicibus Casinum adve- « niens, dùm cum fratribus quos ibi invenit se « manere simularet, effracto à latere P. Bene- « dicti ejusque sororis sepulchro, abstulit ferè « dimidiam partem sanctorum ossium occultè et « fugam iniit. »

(*Muratori. Rer. Italic. — Tom. II. p.* 355.)

[1] « Adservantur ista (Ms) apud Patres Benedictinos Venetiis, in amplissimo S. Georgii cœnobio ejusque cultissimâ bibliothecâ. » (Præfat. Ludov. Anton. Muratori.)

§ II

JOANNIS ITALI

TESTIMONIUM

IN VITA S. ODONIS CLUNIACENSIS ABBATIS

(*Circ. ann.* 990.)

« Cùm aliquandò vir sanctus (Odo) in alio hæ-
« reret monasterio, die festo B. Benedicti appro-
« pinquante, ad hoc voluit reverti cœnobium
« (Floriacense), ut apud illius Sacrum Corpus noc-
« turnas vigilias piè ac religiosè celebraret. . . . .
« (Tunc) factum est ut palus, quæ priùs ranas
« edere solebat, deinceps piscibus abundaret. Hoc
« verò miraculum Beatus Odo, in libro illo quem
« de Translatione Sancti Benedicti scripsit, lucu-
« lenter commemorat. Ad hanc autem Beatissimi
« Benedicti solemnitatem, ex locis propinquis
« multi convenêre; et in iis complures cæci,

« claudi, paralytici, variisque afflicti morbis, ex-
« pectantes cœlestem visitationem et adventum
« B. Benedicti. . . . »

(*Acta sanctorum ord. S. Bened. Tom. VII. p.* 181.)

§ III

RICOBALDI FERRARIENSIS[1]

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1312.)

« Anno Christi DCLXX

« Deodatus, natione Romanus, ex monacho « sedit an IV, mens. II, dies V, imperante Cons- « tantino IV, filio Constantini III. . . .

« Hujus tempore translatum est corpus Beati « Benedicti à monte Cassino ad cœnobium Floria- « cenum in Aureliâ ditione.

« Anno Christi DCLXXIIII

« Donus natione Romanus. . . .

(*Eccard. Tom. 1, p.* 1023. *Historia Pont. Rom. usq. ad Clem. IV.*)

[1] Cfr. Tit. I. cap. IV, § III.

§ IV

BONIFACII SIMONETÆ MEDIOLANENSIS

ORDINIS CISTERCIENSIS, CORNUENSIS ABBATIS

TESTIMONIUM

(*Circ. ann.* 1490.)

« Zachariæ Pontificis persecutio,

« ... Carolomannus Rex Franciæ, qui jàm cum « fratre Saxones in deditione acceperat, Romam « veniens, dimisso imperio, in montem Cassinum « monasticæ S. Benedicti vitæ se dicavit, et sancti « Benedicti corpus, antè furatum, in monasterio « Floriacensi conditum, à Pontifice repetit. Ponti- « fex fratri suo Pupino, quem in regno Franciæ « firmaverat, monachos tale corpus justè repetere

« scripsit. Corpus furto à quibusdam monachis « subtractum rex audiens, postulata gratè con- « cessit [1].

« Epistola quinquagesima octava. . . . »

(*De Christianæ Fidei et Roman. Pontif. Persecutionibus. Basileæ*. 1509.)

[1] Hic desinit narratio. — Postulatum hoc et concessionem Regis nemo negat. Quomodò verò concessum non fuerit peractum, vidimus suprà Tit. I. cap. III et IV.

§ V

BOSSI, MEDIOLANENSIS NOTARII,

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1500.)

« Anno Do. 696, in Oriente, Tyberius impera-
« tor creatus imperavit annis septem. — Eodem
« anno, pontificum LXXXVI Joannes Sextus, na-
» tione græcus, qui sedit annis tribus et mensibus
« tribus. — Secundo autem anno sequenti, Gisi-
« nulphus Longobardorum militum dux agrum
« Beneventum diripit; et maximas per Campaniam
« agit prædas. — Eodem etiam anno, pontificum
« LXXXVII Joannes Septimus, natione Græcus,
« patre Platone, qui sedit annis tribus. — Anno
« verò sequenti, cum apud Cassinum, ubi sacrum
« Benedicti corpus requiescebat, vasta solitudo

« esset, quidam è Galliâ venientes, ejus et germanæ suæ Scholasticæ corpora in Galliam secretè detulerunt.

« Anno Domini 701, Justinianus.....

(*Chronica Bossierna. Mediolani.* 1492.)

§ VI

ANTONII SABELLICI (VICOVARIENSIS)

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1500.)

« ...Sosimus pontifex creatus est. Is, vigesimo « à sua creatione die, est morte consumptus. In« signivit tàm brevem pontificatum Benedicti « Abbatis corpus ex Cassino in Galliam furto « translatum. Adjecerat Sosimus animum, confes« tim sedem adeptus, ad urbis mænia instau« randa... »

(*Rhapsodia Historiarum ab orbe condito in annum usque salutis nostræ MDIII. — Lib. VII, fol.* 185. — *Parisiis* 1517.)

§ VII

FRANCISCI MAUROLYCI

MESSANENSIS ABBATIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1560.)

« Quinto Idus Julii

« Romæ, Beati Pii Papæ et martyris, qui Her-
« metis episcopi oraculo instructus, Pascha in die
« Dominico celebrandum jussit. — Item Translatio
« S. Benedicti Abbatis de Cassinensi monasterio
« Floriacum et Scholasticæ sororis ejus Cenoman-
« nis.....

« Nicopoli in Armeniâ. »

(*Martyrol. Maurolyc. — Venetiis in officina Lucæ Antonii Juntæ.* 1568.)

§ VIII

MISSALE

SECUNDUM INSTITUTIONEM
SANCTISSIMI PASTORIS MEDIOLANENSIUM AMBROSII

Julii

« 1. Processi et Martiniani martyrum.
« 2...
« 3. Thomæ apostoli translatio.
« 4.
« 5.
« 6.
« 7.
« 8.
« 9.
« 10. Septem fratrum martyrum.
« 11. Benedicti Abbatis translatio.
« 12...

(*Mediolani, — Jo. Ant. Castellioneus, — in-4°* 1548.)

§ IX

PETRI GALESINII MEDIOLANENSIS[1]

PROTONOTARII APOSTOLICI

TESTIMONIUM

IN SUO S. ROMANÆ ECCLESIÆ MARTYROLOGIO

(*Ann.* 1578.)

Quinto Idus Julii

« Romæ, Sancti Pii Pontificis et Martyris.....

« In Floriaco Monasterio, Translatio S. Bene-« dicti Abbatis,

« Hoc ipso die, inventio S. Euphemiæ virginis...

— Galesinius, in annotatione suâ de prædictâ Translatione, hæc addit : « Quam Transla-« tionem multæ Ecclesiæ celebrant, utpotè Medio-« lanensis, Cordubensis, Constantiensis et Curien-« sis, aliæque item, ut ex earum tabulis animad-« vertimus. »

(*Venetiis* 1578.)

[1] Beati Caroli Borromæi familiaris.

§ X

ARNOLDI WION

BELGÆ, DUACENSIS, MONACHI S. BENEDICTI DE NANTUA CONGREGATIONIS CASSINENSIS

TESTIMONIUM

Quinto Idus Julii

« Eodem die, Translatio Sancti Benedicti Abba-
« tis Patris nostri; postquàm enim (sicut ipse vi-
« vens prædixerat) monasterium ejus à gentibus
« est vastatum, Domine revelante, corpus ejus re-
« pertum est, et pars ejusdem in Gallias translata,
« atque in territorio Aurelianensi, monasterio quod
« vocatur Floriacum, condignè sepulta. Trans-
« lata est pariter pars corporis Beatæ Scholasticæ
« virginis, sororis ejus, atque in partibus Cæno-
« manensium, religiosorum devotione condita. »

(*Lignum Vitæ, Ornamentum et Decus Ecclesiæ... auctore D. Arnoldo Wion Venetiis.* 1595.)

§ XI

ANGELI DE NUCE CASSINENSIS ABBATIS

TESTIMONIA[1]

I. — Ex relatione Joannis Mabillon

« Perstant..... Cassinates nostri in asserendâ
« sibi possessione sacri corporis (S. Benedicti),
« quod non modò sæculo undecimo sub altari
« repertum perhibent, attestante Leone Marsicano
« in Chronico Cassinensi, sed etiam Angelo de
« Nuce in singulari hâc de re dissertatione
« adversùs me scriptâ, in quâ ait repertum à se,
« dùm majus altare Basilicæ Cassinensis de novo
« erigeretur, detectumque sacrum loculum in
« quo Beati Patris ossa jacebant. Verùm exoratus
« à me, dùm Romæ versarer, venerabilis Senex,

[1] Hunc principem nostræ thesis adversarium audire, ejusque unam vel alteram confessionem pretiosissimam consignare Juvat.

« tunc Rossanensis Archiepiscopus, ut rei veri-
« tatem mihi sincerè aperiret, respondit : inven-
« tum quidem ab se tumulum, inventa ossa sub
« altari, sed absque ullâ inscriptione, absque
« ullo denique indicio, quo ea esse sancti Bene-
« dicti ossa testatum fieret, [1] nisi quòd tumulus
« eo in loco positus esset, ubi sanctissimi Patris
« corpus sepultum fuisse majorum ferebat tra-
« ditio. — At, quidni, inquiebam, alter quidem
« abbas ibi se humari voluerit ? An locus ignotus
« erat Pauli Diaconi tempore, et posteris demùm
« revelatus ? — Hucusque nostra de hâc re col-
« latio. »

(Annal. Bened. Ann. 653 *— Lib. XIV : § XXIX.)*

II. — Ex relatione bollandistarum

« Pietatis et studiorum causâ per Germaniam,
« Italiam et Galliam lustravimus illustriores ali-
« quot bibliothecas et loca pia. ... Neapoli Romam

[1] Hæc est prima venerabilis Angeli de Nuce confessio : « inventa scilicet ossa, sed absque ullâ inscriptione, absque ullo denique indicio, quo ea esse sancti Benedicti ossa testatum fieret » ; nec est oblivioni tradenda ; nam indicat optimè quæ vis insit testimonio posteà recitando Benedicti XIV, qui perperàm dicitur adversari nobis, dùm contrà favet, uti videbimus titul. XI, cap. I.

« reversuri Casinum devenimus, XVI martii, anno
« MDCLXI... Aberat tunc reverendissimus abbas
« D. Angelus, Romam profectus... Quem et nos
« Romam reversi adivimus, gratiasque egimus de
« eximiâ caritate nobis in ejus monasterio exhibitâ.
« Cumque de controversià circà corpus S. Benedicti sermo incidisset, inter alia dixit : ea (ossa)
« certè à se olim Priore et tunc Abbate bis conspecta, non tamen sic integra[1], quin alibi pars
« quoque esse possit... »

(*Acta sanctorum. Martii Tomus Tertius. XXI. Martii.*)

[1] Hujus etiam confessionis, scilicet : « Ossa S. Benedicti in monte Cassino non sic integra, quin alibi pars quoque esse possit », lector meminisse dignetur.

§ XII

JOANNIS BAPTISTÆ CAPRARÆ

PII PAPÆ VII QUI FUIT CONGREGATIONIS CASSINENSIS MONACHUS
AD FRANCORUM IMPERATOREM
A LATERE LEGATI

TESTIMONIUM

(1805.)

« Nos, Joannes Baptista, Tituli sancti Honuphrii « S. R. E. Presbyter Cardinalis Caprara, Archie- « piscopus Mediolanensis, SS. DD. nostri Pii « Papæ VII, et Sanctæ Sedis Apostolicæ ad Fran- « corum Imperatorem, a Latere Legatus;

« Cùm venerabilis in Christo Pater Stephanus « Alexander Joannes-Baptista Maria Bernier, Epis- « copus Aurelianensis, nobis exposuerit se in

« pastoralis visitationis decursu, celebris olim
« monasterii Floriacensem Ecclesiam nunc S. Be-
« nedicti-ad-Ligerim petiisse; et ibi insignes reli-
« quias in hâc præstanti Ecclesiâ depositas visi-
« tasse; seque solemniter et assistentibus sibi
« sacerdotibus in dignitate constitutis, necnon
« præsentibus civilibus loci magistratibus, capsas
« reliquiarum undecim numero integras, sigillis
« authenticis et scrupulosè recognitis munitas,
« aperuisse; capsam præsertim ossa S. Bene-
« dicti continentem, in quâ unà cum ossibus B.
« servi Dei Litteræ Apostolicæ Summorum Ponti-
« ficum sanctæ memoriæ Leonis VII, Alexandri II,
« Pacchalis [1], Eugenii III, Urbani V, Regum
« Galliæ Diplomata, plurimorum Antistitum et
« etiam Sanctorum Ecclesiæ, Guillelmi Bituricen-
« sis, Adonis, Mummoli, Aigulphi martyris, etc.
« testimonia super prædictarum exuviarum veri-
« tate reperta sunt et à se diligenter inspecta;
« inter quas Pretiosas Chartas extat mandatum
« S. Guillelmi Bituricensis Archiepiscopi, anni
« 1207, quo in earumdem S. Benedicti reliquiarum
« simili visitatione, *Indulgentias septem dierum*

[1] Hujus pontificis verba, propter abundantiam testimoniorum, in Titulo nostro III, non recitavimus.

« omnibus hance ecclesiam in illo die visitantibus « impertitur, quod haberi debet ut præclarum « antiquæ ecclesiæ disciplinæ hoc in puncto « monumentum; de quibus gestis præfatus Rmus « Episcopus instrumentum confecit, cunctaque ad « affirmandam ejusmodi splendidam recognitio- « nem idonea complevit. Cùm insuper nobis « significaverit idem Antistes se, solemnitatem « Translationis præfatarum Reliquiarum S. Be- « nedicti aliarumque, pro die Dominicâ quæ cadit « in 22am hujusce mensis septembris indixisse; « addideritque se vehementer optare ut, ad augen- « dam Fidelium religionem atque in Sanctorum « Reliquias venerationem promovendam, Plena- « riam Indulgentiam, hujusce solemnitatis occa- « sionie, largiri dignaremur pro hâc vice :

« Nos, Rmi Oratoris postulationibus inclinati, « cælestibus Ecclesiæ thesauris intenti, de speciali « et expressâ Apostolicâ Auctoritate à Ssmo « Dno Nro Pio Papâ VII° nobis benignè concessâ, « omnibus et singulis utriusque sexûs Christi « fidelibus, verè pœnitentibus et confessis ac sacra « communione refectis, qui suprà memoratam « Floriacensis anteà monasterii, nunc sancti « Benedicti-ad-Ligerim Ecclesiam, in die Domi-

« nicâ decimâ sextâ post Pentecosten, cadente
« in 22^{am} septembris hujusce anni..... »

« Datum Parisiis, die 11 septembris 1805.

J. B. CARD. LEGATUS

TITULUS IX

GALLORUM TESTIMONIA

§ I

OPERIS : GALLIA CHRISTIANA

TESTIMONIUM

ECCLESIA AURELIANENSIS

Floriacus.

« ... Harum (S. Benedicti) ob prærogativam re-
« liquiarum summi pontifices, episcopi, reges,
« principes et alii nobiles benemulti monasterium
« Floriacense privilegiis, bullis, diplomatibus,
« chartis, prædiis, juribus et prærogativis insi-
« gnierunt plurimis. Sic Galliæ cænobiorum caput
« Monasterium constituit Leo VII. »

(*Tom. VIII.*)

§ II

ANTONII PAGI ORD. FR. MINORUM

TESTIMONIUM

« Regnante Chlodovæo Secundo, corpora sanc-
« torum Benedicti et Scholasticæ translata dicun-
« tur; cujus Translationis occasione Gallos inter et
« Italos Benedictinos magna controversia exorta.

« Galli enim magno suorum et exterorum ferè
« omnium consensu affirmant...

« Cassinates econtrà, alii translationem præ-
« dictam admittunt, sed relationem in Cassinense
« monasterium adstruere moliuntur; verùm major
« eorum pars ipsam translationem pernegat. »

(Critica Historico-Chronologica, ad. ann. 664.)

§ III

AUCTORIS VITÆ SANCTI DEICOLI

ABBATIS LUTRENSIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 963.)

« ... Dominicæ crucis speciale Capitolium, Aurelianis Civitas Augustalis, de pignorum custodià beatorum Patrum Aniani atque Evurtii lepidum caput suprà vicinas urbes extollere videtur.

« Nunc lætius omnibus memoriæ occurrit quòd, in Parochià supradictæ urbis, locus nobilissimus Floriacus et situ ipso æquè venerandus in ipso modo mundi vespere est, mira Omnipotentis dignatione inæstimabiliter fultus; nuper namque jussu divino atque ammonitu angelico, felix cœlestem promeruit thesaurum, id est, Beatis-

« simum Patrem atque Monarcham Benedictum,
« qui benedictus sit in cœlo et terrâ, simul soro-
« rem ejus Scholasticam... Ibi quippe gymnasium
« invenitur spiritale monachorum atque inexpu-
« gnabile semper patens asylum miseris. »

(Acta sanctorum. Januarii II, p. 199-210.)

§ IV

VENERABILIS FRODOARDI

REMENSIS CANONICI

TESTIMONIUM

(Sæc. X°.)

Carmen octavum

« Pignora delubro data quo depulsus Apollo,
« Egregium celebri premunt victore triumphum.
« Quæ monitus transfert Aigulphi Mummolus actu
« Hâc de re missi : superæ qui lucis honorem
« Dum servare calet, per opaca silentia noctis,
« Munera consequitur longo quæsita labore
« Eripit, attollit, germanaque pignora junctis
« Complicibus confert ; simul hæc ad munia divo
« Legati jussu properant, et ad extima tendunt
« Ausoniæ sola...

« Numine sic tuti, tollunt data præmia læti,
« Prædictis quæ rapta Deo censente ruinis
« Prodita resplendent Francis, simul ossa sororis.
« Gallorum crebris urbes decorantia signis. »

(*Migne. Patrolog. Tom.* 135, *p.* 838. *De s. Benedicto.*)

§ V

ADEMARI LEMOVICENSIS MONACHI

TESTIMONIUM

(*Sæc. XI° incip.*)

« Post Dagobertum regnavit Clodoveus filius « ejus, qui habuit sanctam Batildem in matri- « monio. Quo tempore sancti Benedicti corpus « translatum est de Benevento in Franciam, in villâ « Floriaco.

« Post Clodoveum regnavit Clotarius filius ejus... »

(*Historiarum Libri. Lib. II.— Pertz. Tom. IV*, p. 116, *Hannoveræ*, 1841.)

§ VI

HUGONIS PETUERENSIS

NOBILISSIMI MILITIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1071.)

« Ego Hugo Petuerensis, castri miles, sanctæ « conversionis flagrans desiderio et labentis sæculi « transitoriam pompam ducens pro nihilo, res « hæreditatis meæ trado habendas et possidendas « in perpetuum Ecclesiæ sanctæ Dei Genitricis « Mariæ et sancti Patris Benedicti, ubi ipse sanc- « tus Pater humatus veneranter divinâ prædesti- « natione et suâ electione habetur, ubi etiam « D. abbas Guillelmus pastoris officio fungitur... »

(*Floriacensis vetus Bibliotheca Benedictina; operâ Joannis à Bosco.—Lugduni.* 1605, *p.* 254.)

§ VII

MONACHI EGOLISMENSIS (ANONYMI)

QUI VITAM CAROLI MAGNI SCRIPSIT

TESTIMONIUM

« ... Post Dagobertum regnavit Clodoveus
« filius ejus, qui habuit sanctam Batildem in ma-
« trimonio. Quo tempore, sancti Benedicti cor-
« pus translatum est de Benevento in Franciam,
« in villâ Floriaco. »

(*Ex Collectione Andreæ Duchesne. —Vita Karoli Magni.*)

§ VIII

LUDOLPHI DE COLUMNA

CARNOTENSIS

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1320.)

« ... Circà ista tempora, secundum Paulum « qui Longobardorum scripsit historiam, corpora « Beati Benedicti et sororis suæ sanctæ Scholas- « ticæ in Franciâ sunt translata. Causam quoque « translationis prædictus Paulus dicit fuisse soli- « tudinem loci, scilicet montis Cassini. Nam Ry- « moaldus, rex Beneventanus, filius Grimoaldi, « regis Longobardorum prædictum locum des- « truxerat. Qui quidem Rymoaldus totam Apu- « liam suæ potestati subjugavit... »

(*Breviar. Historial. de Leone II. Bibliothec. Flor., p.* 362.)

§ IX

AMALRICI AUGERII BITERRENSIS[1]

ORDINIS S. AUGUSTINI

TESTIMONIUM

(*Ann. circ.* 1360.)

DE ADEODATO

« Adeodatus, natione Romanus, ex monacho ..
« Tempore hujus Adeodati Papæ, gloriosum corpus
« sancti Benedicti Abbatis et Confessoris et om-
« nium monachorum Patris præcipui de monte
« Cassino apud monasterium Floriacense, quod
« est Aurelianensis Diœcesis, et etiam sanctæ
« Scholasticæ sororis ejus apud Civitatem Seno-

[1] Auctor ille, ad conficiendam historiam suam, à se plus quàm ducentos scriptores evolutos profitetur.

« nianensem[1], cum magno gaudio et honore, de-
« portata fuerunt atque translata.

« Item quòd ipse Adeodatus post multos labo-
« res..... »

(Vitæ Rom. Pontific. auctore Amalrico. — Rerum Italicarum scriptores. Tom. III. Pars. II, p. 61. Mediolani 1734.)

[1] *Senonianensem* evidenter pro *Cenomanensem*.

§ X

F. Jo. LAZIARDI CŒLESTINI

TESTIMONIUM

(*Ann.* 1467.)

CAPITULUM LXV

« Vitellianus in Cathedra Petri sedit annis XIIII, « mensibus VI; et vacavit sedes mensibus II, « diebus XV. Hujus tempore, secundùm Vin- « centium, Corpus Beati Benedicti de monte Cas- « sino translatum fuit Aurelianum et in monasterio « Florioscenti reconditum, juxtà revelationem fac- « tam Mumulo Abbati monasterii supradicti.

« Hoc tempore Cæsarea, Persarum regina, « nesciente marito, cum paucis fidelibus venit « Constantinopolim... »

(*Laziardi Historiæ universalis Epitome. Biblioth. nationale. Inv. réserv. G · 274.*)

§ XI

ACTUS PONTIFICUM

CENOMANNIS IN URBE DEGENTIUM

« Gesta Domini Berarii, Cenommanicæ urbis « Episcopi, qui fuit tempore ultimo Clodovœi « filii Dagoberti, et tempore Clotarii atque Theodo- « rici filiorum ejus.

« Inter cætera sui temporis divinorum actuum « indicia, etiam Beatorum corporum, Benedicti « scilicet præcipui confessoris Christi sanctæque « Scholasticæ virginis ac sororis ejus, quibusdam « servis Dei ex Galliis in Beneventanam Provin- « ciam, divinitùs revelatione factâ, pro hoc ipso « adventantibus, ostensa sunt pignora ac Domino « præeunte ac comitante in Galliam venerabiliter « delata. »

(*Vetera Analecta, sive Collectio veterum aliquot operum. A B. P. D. Joanne Mabillon. Parisiis* 1723. — *Actus Pontificum Cenomannis in urbe degentium. Cap. XIII, ab init.*)

§ XII

BREVIARIUM PARISIENSE

ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS
D. D. CAROLI DE VINTIMILLE
AUCTORITATE EDITUM

(*Ann.* 1778.)

Die XI Julii

IN FESTO S. BENEDICTI ABBATIS

« . . . Sancti Viri ossa, unà cum reliquiis sanctæ « Scholasticæ sororis ejus, è Cassinensi monasterio « à sancto Aigulpho Martyre in Gallias advecta, « atque in cœnobium Floriacense, nunc sancti « Benedicti ad Ligerim, in Provincià Ecclesiasticà « Parisiensi, circà annum sexcentesimum quin- « quagesimum tertium translata sunt, undecimà « die Julii. »

TITULUS X

MARTYROLOGIORUM

TESTIMONIA

NOTANDUM

È BOLLANDIANIS ACCEPTUM

« Translationis corporis S. Benedicti ex Italiâ « in Galliam plerisque antiquis martyrologiis, imò « vel ipsis Hieronymianis apographis, Lucensi « præsertim et Corbiensi, inserta est aut adjecta « memoria, quidquid in hunc usque diem obluc- « tentur Cassinenses, ut ex ipsorum querelis ali- « quandò coràm audire licuit. Beda pro transla « tione scripsit *depositio*, à Floro translationem « describente in hàc parte emendatus, quod tamen « Rabanus servandum censuit. De neutrâ memi- « nit Romanum parvum. Ado autem brevem « Translationis historiam texuit, à Notkero non- « nihil auctam, cujus compendium in Auctariis

« dabimus. Noster, omissis reliquis, satis habuit « translationem ipsam consignare, ut probant pri- « mæ notæ codices, è quorum uno, nempe Heri- « niensi, scalpello verosimillimè erasa est, loco « vacuo relicto. In Tornacensi notata non est, et « ea propter ambo codices illi, ceterà purissimi, « è genuinorum classe exclusi sunt. Videat curio- « sus lector totam translationis hujus ad Floria- « cense monasterium historiam, in Actis nostris « ad XXI Martii fusè deductam, cum miraculo- « rum ibi patratorum narratione, à pag. 299 ad « 357. Wandalberti versus infrà dabimus. »

(*Acta Sanctorum. Junii. Tom. VI, p. 356.*)

Adeò veram ergò Translationem crediderunt Bollandiani, ut hujus festi præsentia vel omissio fuerit eis causa sufficiens admittendi vel rejiciendi Martyrologia.

CAPUT I

MARTYROLOGIA A VENERABILI BEDA USQUE AD USUARDUM

---

§ I. — Venerabilis Bedæ Martyrologium ab Henschenio et Papebrochio, diligentissimâ cum octo Mss Codicibus collatione factâ, editum.

« V Idus Julii. — Depositio S. Benedicti Abba-
« tis. »

(*Act. Sanct. Martii. Tom. II., p. 24.*)

§ II. — Antiquum Martyrologium Morbacense, ex Ms Codice Morbacensis monasterii.

« V Idus Julii. — Depositio S. Benedicti Abba-
« tis, id est Translatio ipsius corporis. . . »

(*Thesaurus Anecdotorum — Martène et Durand. Tom. III., p.* 1568.)

§ III. — Martyrologium Vetus ab annis circiter mille sub nomine S. Hieronymi compactum, ex Ms monasterii S. Germani Autissiodorensis.

« V Idus Julii. — Depositio S. Benedicti Abba-
« tis. »

(*V. Martène. Tom. III., p.* 1557.)

§ IV. — Antiquum Corbiensis monasterii Martyrologium, ex Ms Corbiensis monasterii.

« V Idus Julii. — Depositio beatæ memoriæ
« Benedicti Abbatis. »

(*V. Martène. Tom. III., p.* 1580.)

§ V. — Antiquum Calendarium, ex Ms Lyrensis monasterii.

« V Idus Julii. — Translatio S. Benedicti Ab-
« batis. »

(*V. Martène. Tom. III., p.* 1611.)

§. VI. — Martyrologium Gellonense, sive monasterii S. Guillelmi de Deserti O. B. diœcesis Lutevensis, pervetustum, anno circiter 804 conscriptum

« V Idus Julii. — Depositio Benedicti Abbatis. »

(*Spicilegium D. Lucæ d'Achery. Tom. II., p.* 32.)

§ VII. — Martyrologium Flori Diaconi, anno circiter 840 conscriptum.

« V Idus Julii. — Translatio sancti Benedict « Abbatis. »

(Act. Sanct. Martii. Tom. II. p. 24.

CAPUT II

MARTYROLOGIA USUARDINA

---

§ I. — Martyrologium Usuardi, anno circiter 850 conscriptum.

« V Idus Julii. — Translatio S. Benedicti Ab-
« batis. »

§ II. — De innumeris Usuardinis, quæ ab originali non differunt.

De his, utpotè qui sint ejusdem auctoritatis ac martyrologium Usuardi, res non est nobis.

§ III. — De aliis Usuardinis quæ circa Translationem libro originali additamenta posuerunt.

1. Martyrologium Centulense.

« V Idus Julii. — In Galliis, cœnobio Floriaco,

« Adventus et Translatio corporis sanctissimi Pa-
« tris Benedicti Abbatis, simulque Beatæ Scholas-
« ticæ virginis, sororis ejus. »

2. Martyrologium Bruxellense.

« V Idus Julii. — Floriaco, Adventus seu Trans-
« latio sancti Benedicti Abbatis, cujus corpus ex
« Italiâ de monte Cassino in Gallias ad monaste-
« rium Floriacense translatum est. »

3. Martyrologium Hagenoyense.

« V Idus Julii. — Eodem die, Translatio Sancti
« Benedicti Abbatis et Scholasticæ ejus sororis. Post
« devastationem monasterii sui à Paganis, corpus
« ejus in Gallias deportatum est, cum corpore
« sanctæ Scholasticæ. »

4. Martyrologium Antverpiense maximum.

« V Idus Julii. — Translatio Beati Benedicti
« Abbatis et sanctæ Scholasticæ, sororis ejus. »

5. Martyrologium Leydense.

« V Idus Julii. — Translatio Beati Benedicti
« Abbatis et sanctæ Scholasticæ, sororis ejus. »

6. Martyrologium Ultrajectinum.

« V Idus Julii. — Translatio Beati Benedicti « Abbatis et sanctæ Scholasticæ, sororis ejus. »

7. Martyrologium Lovaniense.

« V Idus Julii. — Translatio Beati Benedicti « Abbatis et sanctæ Scholasticæ, sororis ejus. »

8. Martyrologium Belini de Paduâ, ordinis Fratrum Eremitarum St. Augustini (1498).

« V Idus Julii. — Translatio S. Benedicti Ab- « batis. Item Translatio S. Scholasticæ virginis. »

9. Martyrologium Lubeco-Coloniense (1520).

« V Idus Julii. — In Floriaco monasterio terri- « torii Aurelianensis, Translatio sanctorum corpo- « rum Benedicti Abbatis et sororis ejus Scholas- « ticæ virginis, de Italiâ in Galliam. »

10. Martyrologium Greveni (1515).

« V Idus Julii. — Translatio S. Benedicti Ab- « batis. Translata est cum sancto Benedicto etiam « S. Scholastica soror ejus, atque in partibus Ce- « nomanensium, religiosorum devotione condita. »

11. Martyrologium Molani Lovaniensis theologi, à Bollandianis valde laudatum (1568).

« V Idus Julii. — Translatio sancti Benedicti « Abbatis. Postquàm enim, sicut ipse vivens præ- « dixit, monasterium ejus à gentibus vastatum est ; « domino revelante, repertum est corpus ejus et « in Gallias translatum, atque in monasterio quod « vocatur Floriacum, condignè sepultum. Trans- « latum est pariter etiam corpus Beatæ Scholasti- « cæ, sororis ejus, atque in partibus Cenomanen- « sium, religiosorum devotione conditum. »

(Acta sanctorum Junii. Tom. VI.)

CAPUT III

MARTYROLOGIA A BOLLANDIANIS SEPOSITA QUIA MANCA

§ I. — Martyrologium Rhinoviense.

« V Idus Julii. — Depositio S. Benedicti Ab-
« batis. »

§ II. — Martyrologium Richenoviense.

« V Idus Julii. — Translatio S. Benedicti Ab-
« batis. »

§ III. — Martyrologium Augustanum monasterii S. Udalrici, in Rhœtiâ Vindelicorum.

« V Idus Julii. — Depositio Benedicti Abbatis. »

§ IV. — Martyrologium Labbeanum.

« V Idus Julii. — Africâ Mariani; et Depo-
« sitio S. Benedicti Abbatis. »

§ V. — Martyrologium Corbiense brevius.

« V Idus Julii. — In Africâ, Mariani; Romæ, « S. Stephani; et Depositio beatæ memoriæ Be- « nedicti Abbatis. »

§ VI. — Martyrologium Reginæ Sueciæ.

« V Idus Julii. — In Africà, natalis S. Mariani; « et Depositio S. Benedicti Abbatis. »

§ VII. — Martyrologium San-Maximianum apud Treviros.

« V Idus Julii. — Natale S. Benedicti Abbatis. »

§ VIII. — Martyrologium Barberinianum-Acephalum (Romæ).

« V Idus Julii. — Romæ, passio Sanctorum « Stephani, Leontii, Mauritii et Melitonis. In pa- « gum Aurelianensem, invectio corporis sancti « Benedicti Abbatis et Depositio ejusdem. »

(*Acta Sanct. Junii. Tom. VI.*)

CAPUT IV

MARTYROLOGIA QUÆ, PRÆTER SOLEMNITATEM JULII, FESTUM NONARUM DECEMBRIS REFERUNT

---

§ I. — Ut hujus festi occasio lectorem non fugiat, ejus narrationem à Martyrologio Gallicano Andreæ Du Saussay Parisini desumimus :

« Pridiè nonas Decembris. — Floriaci, « Translatio seu Relatio reliquiarum sancti Be- « nedicti, ex urbe Aurelianensi (quò propter « incursiones Normanorum delatæ fuerant) in « monasterium Floriacense : ubi, ad præsentiam « sancti corporis, gelu fluminis solutum est, et ar- « bores tàm pomiferæ quàm agrestes quasi in « medio Aprili divinitùs in flores eruperunt, alia- « que multa prodigia facta sunt, quæ Petrus Ve- « nerabilis, Cluniacensis Abbas, triumphali car- « mine prædicat, Diedericus verò Teutonicus,

« singulari libro ad Richardum Marbacensem ab-
« batem directo, ex serie narrat. Rei verò gestæ
« perspicuum prodit monumentum Ecclesia sancti
« Benedicti, dicta de Returno, Aureliis ædificata.
« Et alibi, etc. »

§ II. — Nunc autem alia narratione breviora.

1. Martyrologium Pratense (St-Germain-des-Prés).

« Pridiè nonas Decembris. — Germanico (pro
« Floriaco) monasterio, Translatio sanctissimi con-
« fessoris Christi Benedicti Abbatis. »

2. Martyrologium Castellani.

« Pridiè nonas Decembris. — Floriaci, Transla-
« tionis S. Benedicti. »

3. Martyrologium Autverpiense Maj.

« Pridiè nonas Decembris. — ... et translatio
« sancti Benedicti Abbatis. »

4. Martyrologium Aquicintini.

« Pridiè nonas Decembris. — Apud Floriacum

« cœnobium, iterùm tumulatio sancti Benedicti « Abbatis. »

5. Martyrologium Daveronense.

« Pridiè nonas Decembris. — Floriaco monas- « terio, sancti Patris monachorum Benedicti, con- « fessoris eximii. »

6. Martyrologium Belini.

« Pridiè nonas Decembris. — Apud Floriacum « monasterium, Translatio S. Benedicti Abbatis. »

(*Acta Sanct. Junii. Tom. VI. p.* 635.)

7. Martyrologium Atrebatense.

« II nonas Decembris. — Eodem die, in loco « qui vocatur Floriacus, Illatio corporis sancti « Benedicti Abbatis et Monachi. »

8. Martyrologium Lœbiense.

« II nonas Decembris. — Eodem die, in loco « qui vocatur Floriacus, Illatio corporis sancti « Benedicti Abbatis. »

9. Martyrologium Tornacense.

« II nonas Decembris. — Eodem die, in loco qui « vocatur Floriacus, Illatio corporis sancti Bene-« dicti Abbatis et monachi, cujus adventu feruntur « illic arbores floruisse. »

(Act. Sanct. Martii. Tom. II. p. 24.)

TITULUS XI

SACRÆ CONGREGATIONIS RITUUM

TESTIMONIA

NUPERRIMÈ EDITA

§ I

PROPRIUM AURELIANENSE

A SS. DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX

APPROBATUM

Die VIII Augusti

FESTUM S. MUMMOLI, ABBATIS

(Duplex)

Noct. II. — Lect. IV.

« Mummolus, Floriacensis Cœnobii in pago « Aurelianensi Abbas, religiosæ vitæ instituto « atque sanctitate mirabilis; inter alia quæ Galliæ « beneficia contulit, venerandæ sunt reliquiæ « sancti Benedicti Abbatis. Cùm enim Cassinense « Cœnobium à Longobardis Italiam depopulanti- « bus dirutum et in solitudinem redactum esset, « beatus Mummolus eò mittit Aigulphum disci- « pulum suum, qui posteà Lirinensis monasterii

« fuit Abbas et tandem martyr, ad transvehendas « Floriacum sanctissimi Patris Benedicti reli- « quias, quod ille feliciter perfecit, magnâ totius « Galliæ gratulatione. »

DECRETUM APPROBATIONIS

. . . .

« In negotio verò gravissimo et juxtà ecclesias- « ticas leges supremo Sanctæ Sedis judicio reser- « vato, ne quidquam auctoritate propriâ idem « Reverendissimus Episcopus (Felix Philibertus « Dupanloup) decernere videretur, pro suâ quâ « præstat ergà eamdem Sanctam Sedem filiali « veneratione ac pietate, exemplar tàm concin- « nati à se Kalendarii diœcesani quàm Proprii « officiorum atque missarum, Sanctissimi Domini « nostri Pii Papæ IX sanctioni obsequentissimè « proposuit, humillimis additis precibus ut sin- « gula de Apostolicâ Benignitate approbare digna- « retur. Hujus porrò exemplaris examen placuit « eidem Sanctissimo Domino nostro committere « Sacrorum Rituum Congregationi, quæ omnia « maturè accuratèque perpensa tùm Kalendarium

« tùm Proprium officiorum atque missarum pro-
« bari posse censuit sub modo et formâ in
« exemplari ipso adnotatis......

« ... contrariis non obstantibus quibuscum-
« que. »

Die 11 Junii 1874.

C. Episc. Ostien. et Velitern. Card. Patrizi,
S. R. C. Præf.

Locus ✠ sigilli.

D. Bartolini, *S. R. C. Secret.*

§ II

SUPPLEMENTUM PRO MONACHIS CASSINENSIBUS

A PRIMÆVA OBSERVANTIA IN GALLIA DEGENTIBUS

A SS. DOMINO NOSTRO PIO PAPA IX

APPROBATUM

Die XI Julii

FESTUM TRANSLATIONIS S. P. N. BENEDICTI ABBATIS

(Duplex I. Classis)

Noct. II. — Lect. V et seq.

« Cùm gens Longobardorum inter cætera sua « facinora, post obitum sancti Patris Benedicti, « monasterium, quod in monte Cassino construxe- « rat, deprædata esset, ibi tamen nec unum tenere « potuit hominem; sed implevit Dominus quod « famulo suo Benedicto, qui hanc eversionem « legitur prædixisse, promiserat : quòd, etsi locum « ipsum Gentibus traderet, animas custodiret.

« Fugientibus itaque monachis, et post hanc ever-
« sionem multis effluentibus annis, idem locus
« redactus ad eremum, qui prius habitatio fuerat
« hominum, cœpit esse ferarum.

« Tandem, regnante super Francos rege Clodo-
« væo secundo, Dagoberti filio, cùm venerabilis
« Abbas Mummolus monasterio Floriacensi præes-
« set, unum de suis monachis, nomine Aygul-
« phum, qui posteà martyr effectus est, misit ad
« montem Cassinum (sicut in somniis præmonitus
« fuerat), ut exindè corpus prædicti Patris Benedicti
« deferret. Tunc præfatus Aygulphus, mandatum
« quod acceperat perficere cupiens, montem Cas-
« sinum expetiit, ubi cùm orasset Dominum,
« quemdam venerabilem senem reperiens, hæc
« ab eo audivit : Hâc instanti nocte solitudinis
« ejus locum, quem lumine clarissimo radiare
« conspexeris, notare diligenter invigiles; nam
« ibidem undè tuæ curæ finis imponatur invenies.

« Nocte igitur insecutâ, vigilans Aygulphus, et
« locum considerans, Beati Benedicti sepulchrum
« vidit magno lumine cælitùs illustratum; ad quod
« manè reverenter accedens, quidquid ibidem
« reperit in sportellâ, quam ad hoc præparaverat,
« collocavit. Cùmque ipse et ejus socii venientes

« in pagum Aurelianensem, in quodam prædio « Bonodio nomine consedissent, cæcus quidam, « qui Beatum Benedictum magnis vocibus invo- « cabat, ut sibi præstaret lumina quæ negaverat « natura, mox visum recepit.

« Corpus itaque Beatissimi Benedicti præfati « Mummolus Abbas et venerabilis Aygulphus le- « vantes, in Basilicâ sancti Petri Apostoli posue- « runt; quod tamen postmodum, in Ecclesiâ « Beatæ Virginis decentiùs ornatâ, quintâ die « Decembris honorificè tumulârunt.

« Cùm enim idem Abbas Mummolus nocte quâ- « dam oraret, subitò lux emissa de cœlo, in mo- « dum facis antè frontem ejusdem Ecclesiæ visi- « biliter sibi apparuit; quæ locum ubi corpus « sanctissimum reponi deberet manifestissimè de- « notavit. Translata sunt etiam ossa Beatæ Scho- « lasticæ virginis sororis ejus, quæ ressuscitatione « puellæ mortuæ à Benedicti ossibus discreta, « Cænomanis illata fuerunt; ibique magnis sump- « tibus ædificata est Basilica nobilium sanctimo- « nialium, quæ magnis miraculorum insignibus « est illustrata. »

DECRETUM APPROBATIONIS

« Quùm Alumni O. S. B. congregationis Cassi-
« nensis à Primævâ observantiâ degentes in Galliâ
« cupiant proprio Kalendario addere nonnulla
« Festa quæ ferè ab Alumnis omnibus O. S. B. in
« cœnobiis Galliæ degentibus jàm celebrantur,
« Rmus P. D. Bernardus Moreau, ex Ordine S. Be-
« nedicti Abbas et provinciæ Galliæ memoratæ
« congregationis visitator, à SS. D. N. Pio Pp. IX
« humiliter petiit ut additiones superiùs adnotatæ
« in eorumdem Kalendario et Proprio officiorum
« atque Missarum fieri valeant. Sanctitas porrò
« Sua, referente infrascripto S. R. C. Secretario,
« precibus de speciali gratiâ benignè annuere
« dignata est, servatis Rubricis, contrariis non
« obstantibus quibuscumque. Die 15 julii 1875. »

Locus + sigilli.

C. Episcopus Ostiens. et Velit. Card. Patrizi,
S. R. C. Præf.

Placidus Ralli, *S. R. C. Secretar.*

TITULUS XII

TESTIMONIA CONFIRMANTIA

CAPUT I

HISTORIA FLORIACENSIS MIRACULORUM SANCTI BENEDICTI

Libros miraculorum Floriacenses hìc testes adducimus. Miracula enim non solùm quatenùs ab invocato S. Benedicto patrata, verùm etiam ab innumeris testibus visa, à monachis undequàque glorianter pervulgata et à nemine unquàm contradicta, grave præbent argumentum.

I. — Audi Benedictum XIV, cujus auctoritatem omnes concelebrant :

« CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

« *De Identitate sanctorum corporum et reliquia-*
« *rum.*

« . . . . . . 10. — Miracula quoque in hoc iden-

« titatis judicio maximoperè prosunt, quocircà, « si probabiles urgeant pro identitate rationes, « ex traditione famâque antiquâ et constanti ex. « gr. desumptæ, miraculorum autem fiat accessio, « pietati et veritati consentaneum erit asserere et « judicare, corpus aut reliquias alicujus esse « Beati vel Sancti , immò verò illius esse Beati « vel Sancti pro quo urgent rationes, et cujus « invocatione Deus dignatus est miracula operari; « uti latè probant Ferrandus : Disq. Reliq., Lib. II, « Part. I, cap. II, Art. 5 ; -- Antonius Joannes « Garzias de Caralaps : in Tract. de Canoniz. « Sanct. § 29 ; — et Ricciul : Variar. Lucubrat., « Lib. I, cap. XXXI, num. 8. » — *Atqui*, in nostra thesi, « probabiles (imò probabilissimas, ne dicam « certissimas) urgent pro identitate rationes, ex tra- « ditione famâque antiquâ et constanti desumptæ, « et miraculorum (innumerorum in Libris consi- « gnatorum) fit accessio » ; — *Ergo*, teste Benedicto XIV, « pietati et veritati consentaneum est « asserere et judicare corpus et reliquias esse... « illius sancti (Benedicti) pro quo urgent rationes, « et cujus invocatione Deus dignatus est miracula « operari. »

Quis est qui valeat quidquam huic argumento

opponere, quin simul auctoritati illius doctissimi Pontificis adversetur? Verumtamen habemus ipsum pontificem contra Gallos judicantem, in celebri textu qui nobis semper opponitur : *De Servorum Dei Beatif. et de Beat. Canoniz. Lib. IV, part. II*, *cap. 25, n. 53.* Quid verò? Eritne igitur in tanto viro contradictio admittenda? Minimè gentium; sed, ut prudenti doctori convenit alienam opinionem accipienti, auctorem suum allegavit, Angelum de Nuce scilicet, cujus « doctrinâ et « pietate insignis » judicium fecit suum, argumentaque fiduciâ ductus tamquam sua amplexatus est.

« Admittit porrò Angelus de Nuce, ait Pontifex, « aliquam particulam (corporis S. Benedicti) potuisse in Gallias esse translatam, et hinc invaluisse opinionem prædictæ translationis, cum « etiam parva et exilis pars nomine totius figuratè veniat. »

Angelo ergò et non Benedicto est tribuendus error. Hujus econtrà remanet integra de identitate reliquiarum regula ; et de ipsius apparenti contradictione, regulam inter et assertum, hæc unica valet conclusio : Ergò non cognovit Benedictus XIV « probabiles quæ urgebant pro identitate rationes,

« ex traditione famâque antiquâ et constanti de-« sumptas », et ignoravit « miraculorum fieri « accessionem ». Hæc enim si non ignorâsset, inanitatem argumentorum ab ipso relatorum perspiciens, contrarium judicâsset, et propriam regulam secutus, præsentiam corporis sancti Benedicti in ecclesiâ Floriacensi asseruisset.

Quàm congruenter veniat ista conclusio nostra, deducitur ex eo quòd hanc quæstionem historicam penetrare nullatenùs in mente habuerit, sed solùm transitoriè attingere voluerit, prout ipsemet declarat in verbis quæ immediatè scripsit : « At, « redeundo ad nostrum institutum, pro comple-« mento quæstionis de identitate corporis sancti « Joannis de Mathâ...[1] » — Ergo examen hâc de re instituere nequaquàm intendit.

Addendum est insuper hoc scripsisse pontificem antequàm ad sanctam sedem accessisset. « Cum « Archiepiscopalem Bononiensem Ecclesiam præ-« sentes gubernabamus, inquit, magnis licet « oppressi curis, quas munus illud amplissimum

[1] Teste Benedicto XIV, ex Sacrorum Rituum Congregationis decreto, inventa sunt in ipso sepulcro S. Joannis de Matha corpora duorum Ordinis Sanctæ Trinitatis generalium qui, pro suâ ergà sanctum patrem devotione, in eodem tumulo cùm ipso quiescere voluerunt. Undè veri simillima evadit Mabillonii hypothesis, p. 184.

« secum offert, aliquot antelucanas horas vix non « quotidiè somno subtraximus, opus non sanè « exiguum lucubraturi de Canonizatione Sancto- « rum, quod quatuor in volumina distributum « typis edidimus, in eo digestis tot rerum monu- « mentis ad hujusmodi scientiam pertinentibus, « quæ summo labore accuratissimoque studio « colligeramus, dum per tres pontificatus maxi- « mos Promotoris fidei ministerium gessimus [1]. »

Tandem, si hæc non sufficiant, audiatur idem Benedictus XIV verba Sancti Gregorii proferens : « Celebre est, ait, in re de quâ nunc agimus, « testimonium S. Gregorii, de quo suprà T. II, « L. XI, Ep. 44, p. 1154, de Expositione diver- « sarum rerum ad interrogationes Augustini « quem in Saxoniam miserat ad prædicandum « Evangelium :

« Fecimus quod petisti, quatenùs populus qui « in loco quondàm S. Sixti martyris corpus « dixerunt venerari, quod tuæ fraternitati nec « varaciter sanctum videtur, certa sanctissimi et « probatissimi martyris beneficia suscipiens, « colere incerta non debeat. Mihi tamen

[1] Opera Bened. XIV. — In procemis, p. 28. Edit. Prati 1839. Epist. in formâ Brevis ad v. c. Jacobum Facciolati; ab init.

« videtur quia, si corpus quod à populo cujusdam
« martyris esse creditur, nullis illìc miraculis
« coruscat, et neque aliqui de antiquioribus
« existunt qui se à parentibus Passionis ejus
« ordinem audiisse fateantur, ità reliquiæ quas
« petisti seorsùm condendæ sunt, ut locus in
« quo præfatum corpus jacet modis omnibus
« obstruatur[1].... »

Undè sic argumentamur : nedùm deficiant Floriaci miracula et traditiones, econtrà maximopere constant; ergò, nedùm sint condendæ reliquiæ nostræ, possunt et debent devotissimè à fidelibus honorari.

Ut absolvatur ergò quæstio ista, concludere est :

1° Immeritò dicitur ab aliquibus Sanctam Sedem, ore Benedicti XIV, quæstionem diremisse, cùm verba sint cardinalis Lambertini, et non Pontificis Maximi;

2° Immeritò etiàm contenditur cardinalem Lambertini contra Gallos judicâsse, cùm quæstionem historicam sibi ignotam leviter attingens, alterius judicium erroneum fiducialiter acceperit;

[1] De Serv. Dei Beatif. L. IV, Part II, C. 24, n° 11.

3° Meritissimò econtrà eumdem prolaudatum cardinalem inter optimos Gallorum propugnatores adnumeratur, cùm disertissimam statuerit regulam, quâ fideliter servatâ, evadit certissima pretiosi corporis præsentia apud Floriacenses.

II. — Præstereà, nihil aliud probationis ex hoc argumento desumimus quàm ipsi Cassinenses, qui in istâ materiâ sicut et nos de suis pignoribus argumentantur ; et si miraculis in Cassino patratis enixè suffragamur, quid nostra inficiatnon apertè videmus.

Cur ergò hìc alterutrius causa impugnanda foret ?

« Malim ego credere, ut Bollandistarum verbis
« utar, neutros (Cassinates et Gallos) hâc in re
« errasse, sed utrosque sibi præ aliis Corpus
« attribuisse, quòd magnam illius partem possi-
« derent, quòdque loquerentur more in hisce usi-
« tatissimo, nimirùm corpus nominando notabilem
« illam corporis partem quam habebant.

« Sanè nullus ex relatis scriptoribus (Gallis vel
« aliis) ossa translata enumerat, nullus asserit ab
« anatomicis inspecta esse totumque corpus inven-
« tum ; Itali verò jam ultrò fatentur non servari

« apud se totum corpus. Nihil igitur ex his con- « cludere possum quod æquius sit et verosimilius « quàm utroque loco servari partem; et vera esse « miracula quæ utroque loco facta leguntur patro- « cinio sancti Benedicti. » (*In vitâ S. Aygulphi*). — Non aliter, teste Baronio, quæstionem dirimit Paulus Diaconus quandò dicit « translata ossa « fuisse, remansisse verò redactas in pulverem « carnes ».

Supponatur autem argumentum istud de Miraculis insufficiens in se, et, quidquid dicant Lambertini et Bollandistæ, vadat suâ pâce probatio hæc, remanebit semper Librorum nostrorum testimonium historicum, et illud retinemus. Undè traditionem perpetuam, miraculis à Deo incitatam et à fidelibus perennatam, hic comperisse libet et sufficit.

CAPUT II

SCHOLÆ FLORIACENSES

Aliud confirmationis argumentum è numero studentium apud Floriacenses desumptum indicabimus. Illum, quod nonnullis ferè incredibile visum est, à Bosco quem Baronius vocat « omni fide dignum et de monasticâ antiquitate ordinis sancti Benedicti optimè meritum » accipimus, et à nullo prudenti despiciendum arbitramur.

« Scholæ quondam, ait auctor prælaudatus, « adeò insignes atque celebres in cœnobio Floria- « censi habebantur, ut scholasticorum in eis nu- « merus *plus quinque millibus* recenseretur.

« Hi didascalis suis, muneris honorarii gratiâ, « bina manuscripta (eò quòd necdùm typogra- « phica ars emerserat), offerebant volumina.

« . . . . . Quorum numerositas locupletissimam

« Floriacensem conflârat Bibliothecam, quam annis « Domini 1561 et 62 diritas Calvinistica, inæsti- « mabili litterariæ rei jacturâ, diripuit, dissipavit, « laceravit. » (*Biblioth. Flor. p.* 302.)

Ne autem auctori Gallo suspicionis nota inhærere videatur, extraneum unum, pro multis facillimè colligendis, de Scholarum Floriacensium celebritate testimonium indicabo.

« Tanta erat hujusce scholæ fama, ait Ziegel- « bauer, ut ex eâ evocarentur magistri qui alibi « professuri sunt.....

« Ad eamdem scholam undiquè mittebantur « imbuendi præsertim monachi, ex Angliâ verò « et Northmanniâ plurimi, ut legere est apud « Balæum et Pitseum scriptores Anglos.

« In eâdem etiam docuisse fertur Gerbertus « ille Aquitanus, Aureliacensis cœnobii mona- « chus, et Hispaniâ reversus, posteà Silvester II « Romanus Pontifex; undè Remos posteà vocatus, « Robertum filium Hugonis Capeti et Ottonem « filium Ottonis imperatoris discipulos habuit; ut « de Episcopis et Archiepiscopis hoc loco nihil « dicam.

« Solum Bernwardhum tacitus præterire non « possum. Erat is nobilissimæ prosapiæ juvenis

« in Germaniâ natus. Spretis rebus caducis, in « monasterio Hirsaugiensi solemni ritu se Deo « devovit. Et licet domi non deessent, in celeber- « rimâ id temporis scholâ, qui liberalibus disci- « plinis ipsum informarent, propter Gerberti tamen « scholastici celebritatem, Floriacum ex Germaniâ « in Galliam missus est; ubi in ejusdem scholâ « omnium doctrinarum studiis ità insigniter ex- « cultus fuit, ut posteà in Episcopum Herbipolen- « sem assumi meruerit. »

(Historia Rei Litterariæ ord. S. Bened. — Part I, cap. II, § VII. — Herbipoli. 1774, p. 235.)

CAPUT III

BASILICÆ FLORIACENSIS FORMA

Satis apparet attentè visitanti ipsam Floriacensem Basilicam evidentia hujusce argumenti nostram thesim confirmantis.

Post primam septimo sæculo à B. Mummolo erectam, alia undecimo sæculo Floriaci ædificata est Ecclesia. Videre est autem in vitâ S. Oswaldi et in scriptoribus Miraculorum sancti Benedicti, utramque insigni cryptâ adornatam fuisse. Præthereà ex archeologicâ scientiâ constat cryptas ad honorem sanctorum qui in eis quiescebant, honoratissimo loco *martyrium* seu *confessio* dicto, semper conditas fuisse. Omnes enim nôrunt illustrissimas ecclesiarum Urbis, V. gr. S. Petri, S. Pauli extrà muros, S. Martinæ, S. Franciscæ Romanæ, etc. Confessiones.

His præhabitis, Floriacensis Basilicæ Confessionem, formâ suâ singularem in monumentis medii ævi, pro uno tantùm sancto et quàm maximè honorando confectam fuisse nemo negare poterit.

Cujus rei argumentum sint animadversiones sequentes :

I° Ad *martyrium* istud uni sancto reservatum Basilica tota convertitur, eique quasi cardini suo incumbit. Historiâ autem probatur præcedentis Ecclesiæ cryptam eamdem ac novæ dispositionem habuisse; undè, ni fallor, jure concludere valemus quòd lapides clamant aliquem sanctum, valdè singularem et maximè colendum, septimo sæculo Floriaci possessionem iniisse et undecimo solemniter renovasse. Nunc verò à quocumque integro judice postulamus quisnam iste sanctus præter S. Benedictum esse potuerit.

II° Ut autem compertum habeas quàm singularis et honorandus fuerit ille sanctus, immensam lapidum molem, qui in istâ regione non inveniuntur et à longè asportari impensâ maximâ debuerunt, attentè consideres velim; indèque tibi persuasum erit tantis impensis impar fuisse cœnobium, spontèque de suo contribuisse devotos totius

regionis incolas; quod certè pro alio qualicumque sancto tàm liberaliter non fecissent.

Hæc sunt quæ leguntur in Vitâ Gauzlini abbatis[1], auctore Andreâ : « Turrim ex quadris lapidibus « construere statuit (Gauzlinus) quod navigio « devehi fecerat à Nivernensi territorio. Hunc « etiàm cùm princeps interrogâsset artificum « quodnam opus juberet aggrediendum : « Tale, « inquit, quod omni Galliæ sit exemplum. » « Chorum psallentium pulcherrimo marmorum « compsit emblemate quæ asportari jusserat è « partibus Romaniæ. Fecit et analogium his- « panico metallo compactum. (xxxv).

« Deindè præfatus pater Gauzlinus, quodam « pictorum peritissimo à Longobardorum regione « adscito, nomine Nivardo, insignis operis « crucifixum componi jussit. » (lxi)..

III° Adde Basilicæ istius in campis positæ immensam vastitatem; eamque incolis inutilem[2] et tantùm ad magnum peregrinantium in diebus festis concursum proportionatam et necessariam inve-

[1] Comment. Soc. Arch. aurelian. II, p. 256, 323.

[2] Nec argumentum illud infirmare valet ingens Scholasticorum numerus, quorum ipsâ multitudine thesis nostra confirmatur.

nies. Qualis verò foret præter S. Benedictum istarum peregrinationum finis?

IV° Quòd si tandem sculpturis et imaginibus quæ capitulis insunt attendas, vitam sancti Benedicti in lapidibus ab artifice undecimi sæculi descriptam miraberis, et de acceptatâ à præcedentibus sæculis præsentiâ in hâc Ecclesiâ corporis sancti Benedicti conclusionem non effugies.

CAPUT IV

TABELLÆ FLORIACENSES

---

§ I

SUMMI PONTIFICES QUI FLORIACENSE MONASTERIUM VISITAVERUNT VEL PRIVILEGIIS DITAVERUNT

1. GREGORIUS IV (834). — Qui, postulante Ludovico Pio et propter præsentiam corporis Sancti Benedicti, concessit ut Floriacensis Abbas « primus fuerit inter Abbates Galliæ. »

2. JOANNES VIII (870). — Donationes à Carolo imperatore, propter præsentiam corporis S. Benedicti, Floriacensi monasterio oblatas confirmavit.

3. LEO VII (939). — « Cui visum est ut hanc licentiam tribueret quòd Monachis, qui voluerint studio meliorandæ vitæ ad ipsum Ducem monachorum confugere, à suis Abbatibus non negare-

tur; sed tamdiù liceret illis permanere, juxtà consuetudinem quam invenerint apud Fratres prædicti cœnobii (Floriacencis) quoùsque in suis monasteriis ordo regularis florere videretur. »

4. Gregorius V (997).—Maximâ cum S. Abbone Floriacensi Abbate familiaritate usus, dona pretiosissima cœnobio largitus est.

5. Joannes XVII (1012). — Contra adversarios cœnobium Floriacense protexit.

6. Benedictus VIII (1013). — Amplissima privilegia Gauzlino Floriacensi Abbati concessit.

7. Alexander II (1072). —Abbatem Floriacensem inter Abbates Galliæ Primatem iterùm agnoscit, iterùmque licentiam à Leone VII concessam cuicumque monacho, confugiendi ad corpus S. Benedicti ibique morandi, tribuit.

8. Paschalis II (1103). — Floriacensi monasterio possessionem quindecim Ecclesiarum cum suis pertinentiis confirmavit, et, si Baronio credas, « adiit illustre Floriacense Cœnobium », ibique, (quod quidem certum est), synodum coadunavit, cui per Riccardum Episcopum Albanensem Legatum præfuit.

9. Innocentius II (1130). — Huic Pontifici monasterium visitanti obvius fuit Ludovicus VI Rex, cum toto domo suâ, præsentibus Sugerio Abbate atque S. Bernardo.

10. B. Eugenius III (1146). — Cœnobio Floriacensi, « in quo gloriosi confessoris Christi Benedicti corpus requiescere creditur », privilegia à Leone VII et Alexandro II concessa confirmat.

11. Adrianus IV (1150).—Præsentiam corporis S. Benedicti apud Floriacum iterùm testatur, monasteriumque « sub protectione suâ suscipit et privilegio communit. »

12. Alexander III (1162).—Floriacense monasterium cum Ludovico VII et Archiepiscopo Remensi visitat.

13. Lucianus III (1184). — Bullam Adriani IV omnes monasterii possessiones confirmantem renovat.

14. Urbanus III (1186). — Monachis Floriacensibus ecclesiam monasteriumque reædificantibus auxilium præstitit.

15. Clemens III (1207). — Centum dierum indulgentias Floriacum visitantibus die festo

S. Benedicti simul ac undecimâ Julii fidelibus concessit.

16. Innocentius III (1209). — Duas bullas magni momenti Floriacensibus largitus est, necnon cuicumque monacho ordinis Sancti Benedicti privilegium tribuit ad corpus Patriarchæ sui confugiendi, ibique Regulæ spiritum propriâ fonte hauriendi.

17. Honorius III (1218).—Præsentiam corporis sacri apud Floriacum agnovit, et omnibus fidelibus qui Basilicæ recenter erectæ dedicationi interfuerunt quadraginta dierum Indulgentias concessit.

18. Gregorius IX (1230). — Abbati Floriacensi, præter baculum annulumque aureum, mitræ privilegium dedit.

19. Innocentius IV (1243). — Immunitatem omnimodam monasterii Floriacensis confirmavit, illudque directè ex S. Sede pendere decrevit.

20. Alexander IV (1256). — Monasterium Floriacense Galliarum Episcopis commendat.

21. Clemens IV (1267). — Monachos Floriacenses à quocumque prælato, episcopo vel archiepiscopo, absque speciali Sanctæ Sedis licentiâ, judicari non posse profitetur.

22. Bonifacius VIII (1296). —Viginti quinque monasteria conventualesque prioratus Floriacensi cœnobio jam anteà obedientes, sub immediatâ S. Sedis jurisdictione positos esse, haud secùs ac cœnobium ipsum, statuit.

23. Urbanus V. (1365).—Pro monasterio novo quod in Montepessulanâ civitate erexerat, hortatur, præcipit ac mandat quatenùs quarta pars, vel circà, capitis et os unum brachii dextri ejusdem sancti à Floriacensibus mittatur.

24. Clemens VIII (1597). — Dedit ac concessit Indulgentias plenarias omnibus et singulis Christi fidelibus, Ecclesiam Abbatialem Sancti Benedicti devotè visitantibus, diebus festis S. Sebastiani et Translationis Corporis S. Benedicti.

§ II

Imperatores Galliæque Reges qui Sacrum Corpus visitaverunt vel prærogativis Floriacense monasterium insignierunt

1. Clotarius III (670).—Decem abhinc annis à translatione factâ, monasterio Floriacensi in honorem S. Benedicti dominium Sacergium in pago

Bituricensi donavit; undè celebris Prioratus S. Benedicti-à-Saltu ortum duxit.

2. Theodoricus (circ. ann. 675).—Possessiones Squirs, in Vasconiâ sitas, S. Benedicti cœnobio contulit, indèque illustre monasterium de Regulâ exiit.

3. Pipinus (756). —Quatuor cymbas, ad commeatus cœnobii super Ligerim subvehendos destinatas, à portorio exemit; et insuper ligna necessaria de silvâ quàdam regali sumenda concessit.

4. Carolus Magnus (803). — Eximium Theodulfum, posteà Aurelianensem Episcopum, qui tantam habuit partem in rebus istius œvi, Floriacensi conventui præposuit; ac, ipso mediante, propè corpus S. Benedicti Scholas cum decursu temporis famosissimas fundavit.

5. Ludovicus Pius (833). — Monasterium collegiumque Floriacense visitavit; cujusdam miraculi testis oculatus fuit; ac tandem, propter corporis S. Benedicti præsentiam, à Gregorio IV titulum Primatis inter Abbates Galliæ pro Floriacensi Abbate postulavit.

6. Carolus Calvus (841-845).—Sæpiùs ad corpus S. Benedicti peregrinavit; ibique concilium gallicanum coadunavit.

7. Carolomannus (880). — Vastatum à Northmannis cœnobium visitavit, illudque restaurari jussit.

8. Rodulphus (898). — Eliziardi comitis, restituere volentis cœnobio à Northmannis vastato antiquum splendorem, votis indulsit.

9. Ludovicus IV (circ. an. 945). — Varia privilegia Floriacensibus largitus est.

10. Lotharius (974). — Privilegia cuncta à Patre suo Ludovico IV largita auctoritate suâ confirmavit.

11. Ludovicus V (978). — Præsens apud Floriacum corpus S. Benedicti testatur; summam reverentiam ergà S. confessorem profitetur, iterùmque immunitates Abbatialis Ecclesiæ confirmat.

12. Hugo Capetus (987). — Aurelianis moratus, cartâ regali ad Oyboldum abbatem missâ, cuncta jura monasterio S. Benedicti concessa iterùm stabilivit; prætereà monachis Floriacensibus filios educandos tradidit.

13. Robertus (996-1031). — Sæpiùs Floriacense visitavit cœnobium, fratre suo Gauzlino tunc temporis Abbate.

14. Henricus I. — Sæpiùs etiam patris sui monasterium visitantis se comitem præbuit.

15. Philippus I (1108). — Monasterium Floriacense sæpe visitavit, et corpus suum post mortem juxtà corpus S. Benedicti sepeliri jussit.

16. Guillelmus (1607). — Northmanniæ Dux et Rex Angliæ, cœnobio Floriacensi prioratum S. Jacobi-de-Beuvron dignissimà cartâ donavit.

17. Ludovicus VI (1113). — Floriacensium assiduus hospes, ad Sacrum Corpus cum Innocentio Papâ II, S. Bernardo, Sugerio Abbate, uxore suâ, duobusque filiis convenit.

18. Ludovicus VII (1162). — Ipse pariter cum Alexandro Papâ III convenit apud Floriacum.

19. Philippus Augustus (1183). — Amplissima dona à patre Ludovico VII et avo Ludovico VI cœnobio Floriacensi legata solemni cartâ confirmavit. — In chronicis Floriacensibus traditur quòd, hujus regis sorore Floriacum transeunte, imperiale sceptrum Constantinopolis mox accepturâ juxtàque sacrum corpus aliquamdiù moratâ, cujusdam regalis servi negligentiâ, ingens exarsit incendium.

20. S. Ludovicus IX. — Quater ad sacrum corpus

devotissimè peregrinatus est (1254, 1256, 1264, 1266.)

21. Philippus II (1275). — Jus judicandi in quibusdam parœciis Eliæ Abbati concessit.

22. Philippus III Pulcher dictus. — Avi sui exemplar secutus, quater ipse sacrum cœnobium visitavit (1285, 1292, 1301, 1302). Natales festivitates anni 1301 ibidem celebraturus, Aurelianensem Episcopum accersivit, qui, ne Floriacensia privilegia læderentur, præesse solemnitatibus non præsumpsit, antequàm se à Rege accersitum chartâ consignaverit.

23. Joannes II (1362). — Ad. S. Benedictum peregrinationem suscepit.

24. Carolus VII (1429). — Aurelianensi puellâ (Jeanne d'Arc) aulicisque comitantibus, ad corpus S. Benedicti regale concilium iniit.

25. Franciscus I (1527). — Floriacum visitavit, ibique festum equestre celebravit ; deindè antiquissimi cœnobii splendorem posteritatis memoriæ tradere volens, Oppidi nomen, jura, cunctaque privilegia Floriaco contulit ; et hæc est origo hodiernæ civitatis S. Benedicti — super — Ligerim.

§ III

Sancti qui monasterium Floriacense habitaverunt, aut peregrinantes visitaverunt, vel tandem mortui adornaverunt

A. — *Sancti qui Floriacum habitaverunt.*

1. B. Leodeboldus qui cœnobium fundavit (640).

2. S. Mummolus.—Floriacensis Abbas, qui divinâ inspiratione ductus, corpus S. Benedicti è Monte Cassino ad Floriacum transferendi consilium iniit, Burdigalæque animam sanctissimam efflavit (679).

3. S. Aygulphus.—Translationis auctor, qui Abbas Lerinensis posteà factus, martyrii palmam obtinuit (668).

4. S. Rodulphus. — Floriacensis Abbas ac simul Bituricensis Archiepiscopus (860).

5. SS. Septuaginta martyres. — Qui à Northmannis (an. circ. 880) trucidati sunt.

6. S. Odo Floriacensis. — Cluniacensis Abbas, qui monasticam disciplinam post Northmannorum invasiones restauravit (942).

7. S. Odo Cantuariensis Archiepiscopus. — Qui sedem Cantuariensem nullum Archiepiscopum

occupâsse quin anteà monachus fuisset miratus, et ipse monachus Floriacensis nuncupari voluit.

8. B. Oscar.—Qui Floriacum à S. Ethelwoldo ex Angliâ missus ad discendam ibi vitam regularem, Abendoniensis deindè Abbas factus est.

9. S. Oswaldus.—Qui juxtà corpus S. Benedicti multis annis commoratus, ordinem monasticum post Danorum invasiones in Angliâ restauravit, ibique factus est Eboracencis Archiepiscopus.

10. S. Cadroe. — Scotus patriâ et stirpe nobilis, vitam religiosam apud Floriacum amplexus est, varia monasteria reformavit, multa præclara patravit et Abbas S. Clementis Metensis obiit.

11. B. Malcalenus.—Floriacensis alumnus, qui cum duodecim monachis indè profectus, cœnobium S. Vincentii Laudunense reformavit, Abbasque S. Michaelis in Thierachâ supremum diem clausit.

12. S. Abbo. — Doctrinâ magnus et sanctitate major, Angliam Galliamque verbo et exemplo mirificè illuminavit; sæculi sui ferrum emollivit; cœnobium Floriacense sanctissimè rexit; ac tandem meritis plenus in monasterio de Regulâ in Vasco-

niâ ad instaurandam disciplinam degens, martyrii palmam obtinere meruit.

13. S. Felix.—Floriacencis monachus, in Britanniam minorem à Gauzlino Abbate missus, ordinem monasticum ibi restauravit, Abbasque Lochmenechensis et Rhuythensis coronam confessorum adeptus est.

14. B. Herweus.—S. Abbonis discipulus, in Floriacensibus scholis educatus, ubi vitam integram consumere optâsset; indè verò à patre suo violenter ereptus, Archiclavarius Ecclesiæ S. Martini Turonensis factus, amplissimam et illustrissimam Basilicam in quâ, tot durantibus sæculis, quievit corpus Beati Galliarum Thaumaturgi, cum arte et studio ædificavit.

15. B. Drogo. — Postquàm Floriacense monasterium eximiis virtutibus illuminâsset, à Wulfado Abbate licentiam petiit et obtinuit vitam eremiticam agendi, et in solitudine Balmensi sanctissimam efflavit animam.

B. — Sancti qui peregrinantes Floriacense monasterium Visitaverunt.

Innumera forent sanctorum nomina hìc lectori

proferenda, quem tantummodò deprecamur, ut mente consideret per tot sæcula Angliam Benedictinam, à Floriaco restauratam, Romam adire non potuisse, quin priùs cœnobium Floriacense obvium sibi inveniret ; ac proindè nullum fortassè illius regionis fuisse monachum, à B. Benedicto cognomento Biscop usque ab S. Thomam Canturiensem, qui ad Apostolorum limina pergens, simul sanctissimi Patriarchæ tumulum non visitaverit. « Neque enim ignotum est historicis, ait « Clemens Reyner, Saxones et Anglos nostros, « præ ceteris nationibus, peregrinationibus religio- « sis ad sanctorum pignora fuisse addictissimos, « et Benedicti Patriarchæ suî gloriæ studiosissi- » mos. »

Rogamus insuper ut perpetuum ac familiare commercium inter Floriacense monasterium et cetera cœnobia cujuscumque regionis pius lector attendat. Monachos et abbates, pontifices atque martyres, pios viros sanctasque feminas, ex dissitis occidentalibus plagis coadunatos et antè SS. Corpus prostratos, ipse à genuinis ac authenticis monumentis ductus inspiciat ; et nomina Sanctorum Remigii Rothomagensis archiepiscopi, Odilonis abbatis Cluniacensis, Bernardi Claravallensis,

Adalberti Pragensis episcopi et martyris, Fulberti Carnotensis, Guillelmi Bituricensis audiisse contentus, aliis parcere sinat.

C. — Sancti qui mortui Vallem Auream Floriacensem adornaverunt.

1. Sanctus Benedictus. — Abbas Monachorum Patriarcha.

2. Sancta Scholastica. — S. Benedicti soror, cujus ossa puellæ mortuæ vitam reddiderunt in pago Floriacensi (664).

3. Sanctus Martinus Turonensis. — Cujus corpus, tempore Northmannorum, in Floriacum allatum est, et indè ad Antissiodorenses oras deportatum (854).

4. Sanctus Aygulphus et Sanctus Frogentius. — In martyrio socii, quorum corpora ad Floriacense monasterium translata sunt.

5. Sanctus Maurus. — Martyr, cujus integrum corpus ab Episcopo, nomine Ebrem, ante Northmannos fugiente, de Britanniâ minori in Floriacense monasterium illatum est, ubi ipse pius prælatus monasticum habitum suscepit.

6. Sanctus Paulus Leonensis.—Britanniæ minoris Episcopus, cujus similiter corpus integrum alius episcopus, Mabbo nomine, sedi valedicens vitam religiosam suscepturus, ad Floriacenses transtulit[1].

7. Sancta Tenestina.—Cujus exuviæ, a canonico Bituricensi monachum facto translatæ, ad Floriacenses venerunt [2] (1004).

[1] Hìc accuratissimè notanda veniunt Rocherii, Historiæ Floriacensis monasterii auctoris, aliquot verba, quæ inanem prævenire possunt difficultatem : « Radulphus Tortarius universam seriem « miraculorum S. Benedicti versibus latinis traducendam suscepit... . Conatu violento qui dolendus dici potest, Tortarius « perfecit ut in quatuor eligiacis versibus quodcumque factum « miraculosum intraret ». (Raoul Tortaire entreprit de traduire en « vers latins toute la série des miracles de saint Benoît..... Par « un tour de force qu'on pourrait dire regrettable, Raoul Tortaire « est parvenu à faire entrer chaque fait miraculeux dans quatre « vers élégiaques ». — (Rocher, p. 264-265).

Hæc autem sunt de S. Paulo Leonensi Tortarii verba :

« Cujus membra Patris placuit connectere membris
« Includunt uno corpora dum tumulo (Alii legunt : *loculo*).

« Quod certè, ait doctus Mabillon, lectori suadere videtur « B. Pauli reliquias cum S. Benedicti reliquiis confusè fuisse per- « mixtas » ; ast econtrà attentè legendus est Aimonii textus, quem solummodò versibus traducere Tortarius contendit. « Corpus autem, « ait ille, antedicti confessoris Pauli *cum proprio loculo* post locu- « lum SS. P. Benedicti posuerunt, uno tamen ampliori scrinio, « quod etiam argento tectum erat, utrumque concludentes. » Undè patet nunquàm utriusque sancti ossa permixta fuisse, et poeticâ tantùm licentiâ, quæ, ut ait Rocherius, dolenda dici potest, usum fuisse Tortarium.

[2] Anno 1561, Calvinistæ « SS. Mauri, Phrogentii martyrum, et « Pauli Leonensis Episcopi et confessoris ligneas capsas conscidêre ; « sacra in eis reperta sanctorum ossa comminuentes, spargentes, « conculcantesque, quæ ex hoc amissa penitùs fuêre, nusquàmve « reperta ». —(De Conservatione corporis S. Benedicti in direptione Calvinisticâ, per Joannem à Bosco descripta.)

§ IV

Viri scientia et doctrina præclari quorum nomina, in Historia Litteraria Galliarum inserta, Floriacense monasterium illustraverunt.

1. Gauzbertus. — Poeta.

2. Venerabilis Theodulphus. — Unus ex Missis Dominicis, Capitulariumque Caroli Magni scriptoribus.

3. Adrevaldus. — Auctor Libri Miraculorum S. Benedicti et Vitæ S. Aygulphi.

4. Adelerius. — Adrevaldi continuator.

5. Rabingus. — Sanctarum Scripturarum commentator.

6. Sanctus Odo. — Abbas, in arte scribendi et loquendi pariter eximius.

7. Ansellus. — Scholarum Floriacensium sub S. Odone moderator.

8. Archembaldus. — Abbas, scientiâ et doctrinâ præclarus.

9. Wulfadus. — Abbas Floriacensis et posteà Carnotensis Episcopus.

10. Richardus.—Tempore cujus, ut ait Gumbaldus Vasconiæ Episcopus, « lucifera fama de speciali Scholâ Floriacensi » undequàque pervenit.

11. Gerbertus.—Celeberrimus qui Floriaci docuit, et Pontifex factus Silvestris II nomen adeptus est.

12. Constantinus.—Scholaster celebris, vir eruditissimus, qui optima consilia pro construendâ spherâ Gerberto præbuit.

13. Sanctus Abbo.—Sui temporis decus et ornamentum.

14. Oyboldus.—Floriacensis Abbas, qui S. Abbonem in Angliam misit.

15. Germanus.—Natione Anglus, Abbas Rameseiensis.

16. Princeps Guerech.—S. Abbonis discipulus, ac posteà in Britanniâ minori Episcopus.

17. Bernardus de Comborn.—Floriacensis alumnus, ac posteà Cadurcensis Episcopus.

18. Gauzlinus.—Doctrinâ magis quàm regiâ stirpe præclarus.

19. Berno.—Sancti Henrici Imperatoris consi-

liarius, scriptis perillustris et Abbas Richennovensis.

20. Bernwardus. — Doctrinâ clarissimus, qui Wirtzburgensis Episcopus obiit.

21. Theodoricus.—Lucerna in Germaniâ ardens et lucens.

22. Diedericus. — (Idem forsitan ac Theodoricus), qui, redactis ad usum cœnobiorum Germanicorum Floriacensibus Constitutionibus, apud Moguntinos obiit.

23. Amblardus. — Soliniacensis Abbas.

24. Aimonius. — Celeberrimus Galliarum Historicus.

25. Helgaldus. — Vitæ Roberti Regis sincerus scriptor.

26. Oswaldus. — Floriacensis ac deinceps Worcesteriensis monachus.

27. Arnulphus. — Poeta, qui, Gauzlino abbate, cecinit.

28. Geraldus. — Qui, si nonnullis credas, poetarum palmis sanctorum coronam conjunxit.

29. Isembardus. — Scholaster, sanctitate et scriptis præclarissimus, « Speculi Puerorum » auctor.

30. Teraldus. — Liturgista.

31. Azenarius. — Abbas.

32. Odo. — Poëta et « dialecticæ inebriatus flumine ».

33. Andreas Floriacensis. — Libri miraculorum S. Benedicti continuator.

34. Hugo a S. Maria, vel Floriacensis aliàs dictus. — Historiæ Ecclesiasticæ, libri « de Potestate Regali et Sacerdotali Dignitate », aliorumque operum auctor spectatissimus.

35. Rodulphus Tortarius. — Poëta et historicus scriptor.

36. Clarius vel Christianus. —Ad monasterium S. Petri Vivi Senonensis mandatus, illius cœnobii chronicon scripsit.

37. Veranus. — Abbas.

38. Gontardus. — Poëta.

39. Vitalis.— Auctor Vitæ S. Pauli Leonensis.

40. Odolricus.— Concionator eximius, qui Abbas S. Martialis Lemovicensis è vitâ discessit.

41. Joannes Floriacensis. — Litterarum scientiâ et Epistolari commercio cum Hispanis notissimus.

42. Macarius.—Abbas, qui conventûs bibliothecam valdè adauxit, et ad eam servandam amplificandamque Scholaribus tributum imposuit.

43. Hato.—Qui supradicti Macarii conatus enixè sustinuit.

Quibus nonnulla nomina monachorum Floriacensium, post reformationem Congregationis S. Mauri in monasterio S. Benedicti viventium, addere juvabit :

44. D. Jacobus Jandot. — Chronographus insignis.

45. D. Franciscus Chazal. — Prior S. Benedicti-super-Ligerim, qui historiam ejus cœnobii adhuc manuscriptam reliquit.

46. D. Thomas Gérou. — Vir doctissimus.

47. D. Georgius Violle. — Scriptor egregius.

48. D. Thomas Leroy. — Auctor Historiæ manuscriptæ quæ in Bibliothecâ Aurelianensi servatur.

CONCLUSIO :

EX HIS IGITUR PRÆDICTIS CONSTAT CORPORIS SANCTISSIMI PATRIS BENEDICTI EXISTENTIA IN GALLIIS.

SCHOLION :

ERGO A GALLIS VALDÈ HONORANDUS EST ATQUE COLENDUS SANCTUS BENEDICTUS, PRÆSERTIM IN HOC TANTO RERUM DISCRIMINE.

CARMEN HEROICUM

DE SS. P. BENEDICTO

GALLIARUM TUTELARI AC PATRONO

EX OPERIBUS D. HUGONIS VAILLANT

DECERPTUM

CARMEN PRIMUM

Gallia adversis exagitata ferventes ante Deum effundit preces.

At dùm sacrilegas diversâ parte rapinas
Hæresis exercet, pretiosis exuit Aras
Pignoribus, Regnique sacros populatur honores,
Gallia scissa sinum et passis gemebunda capillis
In cœlum attollit rorantia lumina fletu
Sollicitâque Deum supplex ità voce precatur :

« Si pietas movet ulla tuam, Pater optime, mentem,
« Aspice cœlitibus latè viduata Patronis
« Oppida, et immeritis Divum data corpora flammis.

« Ultrices in me furias Lamia impia vertit
« Et superûm orbavit venerandis ossibus Aras.
« Me sontem fac esse ; quid hi meruêre, beatâ
« Quos luce irradias et cœli nectare pascis ?
« Illorum augustos cineres, atque inclyta membra,
« Membra tuo sessura throno, quæ certa salutis
« Pignora contuleras, pateris nunc esse catervæ
« Infandæ opprobrium et turpis ludibria sectæ

. . . .

« Tantane Tartareo serpenti facta potestas ?
« Servorumne tibi sic sunt pretiosa tuorum
« Corpora ? Sic nullo divum casu ossa terenda,
« Sed Domini servanda sinu, gremioque fideli,
« Veridico Vates Jesseius ore canebat ?
« Quem gemitûs, quem das finem, Pater optime, cladis ?
« Comprimit ora dolor, ne plura in verba resolvam. »

CARMEN SECUNDUM

Galliæ mœrenti apparet S. Michaël, eamque meliora tempora, favente S. Benedicto, Vaticinans consolatur.

Talibus orantem Angelicæ clarissimus aulæ
Dux Michaël, lævâ cui fulgurat aureus umbo,
Franciadumque tegit sub amico fulgure gentem,
Solatur, talique abstergit voce dolorem :

« Quid superos, ô Virgo, tuis quid surda querelis
« Astra vocas ? Non hæc summi sine numine Patris
« Eveniunt, qui cuncta suo moderamine torquet,
« Ille Acherontœis pestem hanc prorumpere ab undis
« Sivit, ut adversis crescas exercita fatis,
« Et sordes coquat iste dolor, noxasque tuorum.
« Sic solet attritu meliùs clarescere virtus !
« Sic purum mediis spectatur in ignibus aurum.
« Mille tibi spinas inter, vepresque dolorum
« Omnipotens nectit sertum immortale coronæ ;
« Atque triumphales reddet post funera lauros.
« Utque tuam relevet mentem spes læta futuri,
« Ecce tibi Interpres cœli secreta recludam
« Quæ superis bellum indixit Cocytia pestis.
« Inclytaque extinxit ferali pignora busto,
« Carcere Tænario æternis constricta catenis,
« Supplicium sine fine luet, captiva sed antè
« Nursini eximio raptabitur hydra triumpho.
« Multas illa quidem sanctis custodibus urbes
« Exuit ; At vetuit cœlum, ne tolleret ingens
« Francorum columen, BENEDICTI lipsana Patris,
« Lipsana, Tartareo quondam fatalia monstro.
« Namque illucescent felicia tempora terris...
« Proh superi ! qui tum plausus ! quæ gaudia gentis !
« Quàm lætus clamor ! fremitu cùm accensa secundo,
« Suspiciet magni Patriarchæ illustre Trophæum
« Sic plaudente solo ac superis, Ereboque fremente,
« Præsidis ossa tui radianti inclusa metallo,
« In requiem surgent, mausolæumque paratum
« Quæ tibi fatidicis expromo oracula verbis,
« Ventura implebit lustris labentibus ætas

« Intereà spes ista tua solatia curis
« Afferat, et mœsto depellat corde dolorem. »

Dixit et in cœlum se sustulit ocyùs Ales
Armipotens. Tùm Virgo animos viresque resumit
Promissis recreata Dei, tergitque madentes
Imbre genas...

CARMEN TERTIUM

Sanctissimo Francorum Tutelari Benedicto
Galliæ Eucharisticon.

« Undè tibi, ô præstans Monachorum Duxque Parensque,
« In me tantus amor fuit et propensa voluntas,
« Posthabitâ ut patriâ sacrati corporis hæres
« Ipsa forem; gremioque meo tua membra foverem ?
« Credo equidem, Tibi cùm radiis cœlestibus aucto
« Regna orbis patuêre olim, mentisque capacis
« Æthereo immensas penetrasti lumine terras,
« Præ reliquis placuisse Tibi mea lilia Regnis
« Et te Floriaci præsagâ mente sepulchrum,
« Designâsse reor; nec enim florentior alter
« Orbe locus, qui dulce sinu servaret amico
« Depositum, et digna concluderet ossa feretro. »

CARMEN QUARTUM

Historia Sanctuarii in quo requiescit Corpus S. Benedicti narratur.

Est locus Aurelio longè celeberrimus agro,
Floriacum nostri florum de nomine dicunt :
Flora suas hic pandit opes et divite cornu
Promit odoratos fæcundi ruris honores.
Se sacro imprimis BENEDICTI corpore tollit
Ille locus, Temploque augusto condita servat
Pignora, quæ regni fortunam in secla propagant.
Indè loco pietas, et Floriacensibus aris.

Ex illo cumulatus honos; Francique frequentes
Hinc petere auxilium et rebus solamen in arctis,
Ipse peregrinis properare solebat ab oris
Hospes ad illustrem venerandi corporis urnam,
Nursini ut coleret cineres, dulcesque Parentis
Relliquias........ (ô Benedicte)........
Quid memorem prisco per te recreata vigore
Corpora ? Quid vires nervis et pristina membris
Munia, vel claudis gressus, vel reddita cæcis
Lumina, et infusis reseratas vocibus aures ?
Quid loquar extinctos ignes, pestisque fugatum
Virus, et oppressos Erebi mortisque furores ?
Quid numerem expulsas febres ? quid vincula linguæ
In laudes resoluta tuas ? Quæ copia fandi
Tot referat sacris miracula prodita fastis ?

CARMEN QUINTUM

Sanctus Benedictus Galliam in maximis discriminibus versantem tuetur atque defendit.

Sed quid ego hæc autem solùm privata recordor ?
Publica me rapiunt servato commoda Regno.
Nam quod Dani olim cecidit furor impius hostis,
Dive, tuum est. Memori manet, æternumque manebit
Mente dies, cùm Parrhasiis bacchatus ab oris
Barbarus infandis vastaret cladibus urbes.
Conspexi illacrymans feralia busta meorum :
Vidi sanguineis fumantia flumina lymphis
Exundare solo ; sacratas ignibus ardes
Ardere ingemui, versasque à sedibus aras
Sacrilegâ cecidisse manu. Tu maxime custos
Francigenûm, cladem imperii miseratus ab alto
Fulmineo ense ferox ductor furialè frementes
Impete perrumpis cuneos, hostilia fundis
Agmina, prosternensque manu victrice catervas
Imbuis Andegavos inimico sanguine campos.
Barbaricæ stupuêre acies, cœlestiaque arma
Nursiadæ sensêre ducis, spoliisque relictis,
Liligeris fractæ cesserunt ocyùs oris ;
Quæ tibi, qua tanto solvantur nomine grates,
Inclyte Francorum Præses ? quæ signa ferantur
Munera ?.....

CARMEN SEXTUM

Sanctus Benedictus de Hæresi triumphans.

Hæresis hùc avidos jubet ocyùs ire ministros,
Qui sacram expolient gazis cœlestibus Aram.
Impius extemplò sequitur mandata satelles,
Imperium ferale urget, prædæque cupido.
Jàm fœdis rapitur manibus pretiosa supellex,
Auratæque cruces, sanctorumque aspera gemmis
Tegmina librorum, Christique dicata cruori
Pocula et illustri radiantia vasa metallo.
Divitis obryzum jàm thecæ effringitur aurum,
Disruptoque patent Benedicti membra feretro.
Cœlicus en ferit ora vapor, ceu stactea sudent
Arbusta, aut thuris Panchaïa fundat odores,
Vel sua Idumeæ spargant oposalmata gentes
Ecce repentinâ horrescit formidine Ditis
Assecla; et insolita tundi præcordia motu,
Perculsique stupet mollescere pectoris iras;
Nec sacrum attactu corpus temerare scelesto,
Sacrilegisve audet de more absumere flammis :
Imò piis monachis illæsum spontè relinquit
O virtus suprema Dei, qui ferrea nutu
Corda quatit, terretque stygem, ne nobile Regni
Palladium furiæ valeant avellere Templo !

CARMEN SEPTIMUM

Laudes S. Benedicti sororisque ejus S. Scholasticæ, quorum corpora in Gallias eodem die allata sunt, Celebrantur.

Plaudite, Francigenæ, quibus hæc duo sydera fulgent ;
Hi gemini cherubim, Deus undè oracula dicit;
Gallicus his semper binis viret hortus olivis,
Et sacra perpetuæ conservat symbola pacis.
Hi sunt Candelabra duo, geminæque lucernæ
Antè Deum stantes, queis Francia jugiter ardet.
Sydereas reserare fores, et claudere nimbis
Ambo valent, nam lingua illis est clavis ad instar
Æthereæ, panditque suo cæli ostia verbo.
Hi Franci tutela throni, geminæque columnæ
Et regni basis. Hoc duplici sub sidere florent
Lilia, et æterno candore virentia rident.
Nam sancto cum fratre soror de vertice cœli
Dirigit hùc faciles oculos; semperque benigno
Ardua Francorum cernit molimina vultu.
Limpidius cœlum, tempestatesque serenas,
Et gravidas segetes, adversisque otia rebus
Hinc petite, ô Franci : Deus imperat, ambo Patroni,
Lethiferas pellent auras, et spicula cœli
Objecta arcebunt Clypeo : perpessa ligones
Semper humus lætes Nursino sydere fruges
Proferet, ac nullo regnum miscente tumultu,
Aurea Liligeris florebunt sæcula terris.

FINIS